¶ Uentoſe ſub mēto valent puſtulis que fiunt in oꝛe ⁊ egritudinib⁹ dentium ⁊ gingiuarū ⁊ multū debēt iuuare in mūdificatione faciei ⁊ cutis capitis. ¶ Uentoſa poſita inter coꝛnua occipitis valet grauedini ⁊ vanitati que eſt in capite: caput ⁊ faciē alleuiāt ⁊ doloꝛib⁹ qui ſunt in radicib⁹ dentiū auxiliatur: ⁊ eſt mirabilis in tumoꝛe faciei ⁊ ſquinātie ad cibū. ⁊ potuz trāſglutiendū. Nota tñ q̄ in hoc loco nō eſt aſſumenda ventoſa nec ponēda niſi in magna neceſſitate: quia memoriaz debilitat. ¶ Uentoſe que ponuntur inter ſpatulas valent egritudib⁹ pectoꝛis puta ſanguincis ⁊ aſmatic ſpaſmo: ſed ſtōchū debilitāt: ⁊ pñt eſſe cā tremoꝛis coꝛdis alteri⁹ q̄ſ ſanguinei. ¶ Uentoſe renib⁹ poſite conferūt aꝑatibus coxaꝝ ⁊ ſcabiei earū hemoꝛrhoidib⁹ ⁊ podagre ⁊ elephātie ꝓprii doꝛſi ⁊ vētoſitatib⁹ matricis ⁊ veſice. ¶ Uētoſe in cruribus maxime cōpetūt in ſanitatis regimine loco flōmie: qꝛ maxime repletionē diminuunt: ⁊ plus alys vētoſis: ⁊ talis ventoſa maxime valet doloꝛib⁹ matricis antiquis ⁊ doloꝛib⁹ renuz ⁊ veſice ⁊ mēſtrua ꝓuocat. ⁊ poſite in ꝑte anteriori valēt aꝑatibus teſticuloꝝ ⁊ vulnerib⁹ coxarū ⁊ crurium: ⁊ poſite in ꝑte poſteriori valēt apoſtematib⁹ ⁊ exituris que fiunt in manib⁹. ¶ Uentoſe que ponunt in cauillis pedu ꝓferunt ad ea ad que ꝓferunt illarū venarū flōmia puta ꝓuocationē menſtruoꝛuz ad paſſionē ſciatice ⁊ podagre. hec ſufficiant de ventoſis.

Sub mento.

Inter coꝛnua occipitis.

Inter ſpatulas.

In renib⁹

In crurib⁹.

In cauillis pedū.

¶ De ſanguiſugis ⁊ de electione earū. Cap. XL.

COnſequens eſt dicere de ſanguiſugis: circa quas cadunt q̄ndq̄ ꝓſiderationes. quaꝝ ꝑma eſt de illaruz electione. zª de ipſarū vtilitate. tertia de ipſarū ꝓparatiōe anteq̄ꝫ applicent. quarta de applicatione earū. q̄nta de ipſarū remotione. ⁊ pōt addi cōſideratio ſexta. ſ. de his que fieda ſunt poſt earū remotionē.

Electio

¶ Quo ad ꝓmū nota q̄ eligēde ſunt ſanguiſuge de ags mūdis currentib⁹ ꝓticipantib⁹ ꝓditionibus laudabilibus aquarū bonaꝝ ſuperi⁹ enūeratazꝝ: ⁊ ſunt aque in quib⁹ inueniunt rane mūde: q̄ꝫ quidā aſſerāt huius oppoſituz. Ampli⁹ ſanguiſuga dꝛ eē debilis ſicut cauda muris et pui capitis nō coloꝛis viridis aut nigri nec alteri⁹ mali coloꝛis nec ſuper illas debēt eſſe fila coloꝛis laqueli. eligant igitur ruffe quaſi coloꝛis epatis. vel hūtes ventres rubeos ⁊ doꝛſum coloꝛis ſilis q̄ri ſup quā exiſtit viriditas: ⁊ non ſimplr viridis. Si eniz ſint magne ⁊ magni capitis ⁊ coloꝛis nigri aut diuerſoꝛū coloꝛū: ⁊ ſint ex ags fetidis in q̄bus reperiūtur aialia venenoſa: vt in ſtationarys paludib⁹: tales eniz ſunt venenoſe: ⁊ ex eis cōtingere ꝙſueuit ſyncopis ⁊ aꝑata mala: ⁊ ſanguis fluxus: ⁊ febꝛis: mēbꝛoruz laxitas: ⁊ vlcera fraudulēta.

De vtilitate.

¶ Propter q̄d ſciēdū q̄ ſicut ꝑ flōmiaz ⁊ vētoſas euacuat ſanguinis totius plenitudo ⁊ mēbꝛi ꝑticularis: ſic ēt per ſanguiſugas: verū eſt tñ q̄ flōmia magis euacuat a ꝓfundo q̄ꝫ ſanguiſuga: ⁊ ventoſa. Itez attractio que fit ꝑ ventoſaz eſt a calido ⁊ a vacuo: ſed attractio que fit a ſanguiſuga eſt a virtute aie ⁊ a tota ſpē cuz ſpiritu ⁊ caloꝛe. ideo eſt attractio foꝛtioꝛ q̄ꝫ per ventoſam. ēt illud q̄d attrahitur maioꝛē dꝛ conueniētiaz ſanguinis q̄ꝫ q̄d attrahit cuz ventoſa. igit ſanguiſuga eſt ꝙnuenientioꝛ ad eūandū plenitudinē ſanguinis: ⁊ ſpāli⁹ a ꝓfundo q̄ꝫ ventoſa. ¶ Et ſciendū q̄ quidaz dicunt q̄ ſanguiſuga extrahit ſanguinē bonū ⁊ dimittit malū: ⁊ ſm hanc viā nō cōpeteret ſanguiſuga in ſan. plenitudine ⁊ nō in ſanguinis coꝛruptione. ſed iſtoruz

opioni nō ꝓ sentio:qz sapiētuz dictis nō ꝓcordāt. Nouerūt enīz sapiētes qꝫ sanguisuga valet in morphea ipetigine et serpigine:qō nullo mō eēt si attraberet bonū sanguinē ⁊ relinqueret malū.sic enim plus noceret q̄ iuuaret.vñ puto saluo meliori iudicio qꝫ sāguisuga plus euacuat ⁊ attrahit malū sanguinē q̄ bonū ꝓpter duo.ꝑmo qz nā corpis retinet bonū ⁊ dimittit abire maluz quo nō indiget.zᵒqz forte sanguis malus est ꝓportionabilioz sanguisugis q̄ bonus. Non enīz est rōnabile qꝫ sanguis humanꝰ q hz silitudinez ⁊ ꝓportionē a tota spē cum mēbris corpis nr̄i hēat ꝓportionē cuz sanguisugis:qz sanguisuga ē mltū distās a corpore nostro.sed rōnabiliꝰ est qꝫ sanguis malus ⁊ corruptꝰ qui nullā hz ꝓportionē cū corpe nostro attrahat̄ a sanguisuga ēt qui nullā hz ꝓportionē cū corpe nostro:sed magis cum sanguine malo. In oibus igit̄ morbis subcutaneis q sunt ex sanguine corrupto multū valēt sanguisuge ⁊ plus q̄ vētose. Naz ventosa idifferenter attrahit bonū ⁊ malum.sanguisuga ℞o non:sed sibi ꝓportionale.s.malū. ¶ Propter 3ᵐ sciendū est qꝫ anteq̄ applicent̄ debēt seruari per vnuz diez:⁊ procurēt qꝫ euomāt ꝓstringēdo:qō est in eoꝝ vētribus:⁊ parū sanguinis agni aut anatis eis ꝓpinetur et inde nutriant̄.postea qꝫ earū sordicies cū spongia aut pāno mūdetur. ¶ Et anteq̄ applicent̄ fricēt locꝰ cui applicari debēt ⁊ fomentēt int̄ātū qꝫ rubeat ⁊ pozi aperiant̄ ⁊ sanguis subtiliēt ⁊ demū proyciat̄ sanguisuga in aqua dulci ⁊ mūdetur et loco applicēt:⁊ si adherere noluerint tunc vngat̄ locus cū modico sanguine agni aut luti aque in qua morari ꝓsueuerunt ⁊ pmittant̄ attrahere sanguinē donec sint bene plene. ¶ Propter 4ᵐ sciēdū qꝫ q̄ volumus eas remouere a mēbro cū applicate sunt hoc pōt fieri cū seta caude equi aut aceto tepido aut aqua salsa aut aloe.deinde abluatur locus cū vino puro ⁊ melle qō apponat̄ ventosa supra locū:⁊ si forte sanguinis fluxus non cessāret aspergat̄ puluis galli.combustarū:mastices:san.draco.⁊ similibus:⁊ hec breuiter de sanguisugis sufficiant.

De ꝓparatione cap.

De applicatione cap.

De remotione cap.

¶ De cauterys quo ad regimē sanitatis. Cap.XLI.

Quia homines sani vtunt̄ cauterys iterdū, ꝓpter igit̄ operis cōplemētum addemus vnū capitulū breue de cauterys quantuz spectat ad regimē sanitatis. Luz quibꝰ autem ⁊ quo mō fiāt cauteria ⁊ sectiones spectat ad chirurgicū.nec est hic determinandū. Nolumꝰ ēt hic enumerare oēs egritudines in quarū cura cōpetunt cauteria:nec oia loca in qbus applicare pñt seu ꝓsueuerūt:sed tm̄ dicemus generales vtilitates cauteriorꝫ:⁊ quedā ḡalia in cauterys obseruāda. ¶ Sciendū igit̄ qꝫ cauteriçatio est valde vtilis in exiccādo hūores:⁊ attrahēdo eos a remotis et a ꝓfundo:⁊ ad ꝓhibendū ne corruptio spargat̄ ꝑ mēbra: ⁊ ad mēbra ēt ꝓfortanda:quoꝝ cōplonē volumꝰ rectificare:⁊ ad resoluendū mās corruptas in mēbro retētas. Amplius cauteriçatio valet ad retinenduz sanguinē ⁊ fluxum sanguinis.⁊ q̄ cauteriū fiat ad istaz vltimā intentionē:tūc cauteriçatio dz esse fortioz ⁊ pfundioz:qz si eēt debilis faciens crustā que postea satis cito caderet:tunc eēt erroz nouissimus peioz prioze:qz sequeret̄ fluxus sanguinis peioz ⁊ icurabilioz ꝓze. ¶ Domines igit̄ in latitudine sanitatis existētes qui cū sunt parati cadere in egritudinē mēbrorū exteriorū ꝓtingentē ex humiditatibꝰ corruptis debent vti cauterys sicut.verbi gra.parati ad lepzā aut guttā rosaceā ⁊ vlr ad egritudies deturpātes faciez ꝓp humiditates corruptas in cerebro que nō bñtes spiraculū descendūt ad faciez ⁊ ad totū corpus.⁊ anteq̄ māe descēdāt tunc cauteriçatio in quatuor ptes capitis quouscq̄ cauteriçatio pueniat ad cranēū est multū vtilis.vt.s.humiditates corrupte euacuatione habeāt ⁊ spiraculū:⁊ ad cetera mēbra corpis nō decurrāt ⁊ spālr ad faciē.sed talis cauteriçatio in qua pueniturvsqz ad craneū est subtilr valde fienda ne cerebrum ebulliat et pia mater ⁊ dura ledant̄:⁊ sit erroz nouissimus peioz ꝓze.⁊ ista cauteria facta in capite ꝑseruāt ⁊ curāt ab oibus egritudinibꝰ causatis ⁊ cāri possibilibꝰ ꝑ viā rheumatis descēdēs a capite:⁊ sic preseruāt ab vlcere pulmonis tussi asmate squinātia:⁊ vlr ab oibus egritudinibꝰ alys q̄rum mater pōt esse rheuma descendēs a capite:⁊ si spālr sint humores valde corrupti:et in cerebro coarctati:et sic dictū est de humiditatibꝰ capitis corruptis et coarctatis q̄ ꝑ cauteria mundificāt̄ et exiccant̄. Sic suo mō itelligendū est de alys mēbris corpis. Naz in quocūq̄ mēbro corpis sint tales būiditates corrupte ꝑ taliū mēbrorum cauteriçationē mūdificant̄ et desiccant̄ et mēbrū purificat̄. Unde si tales humiditates corrupte sint coarctate in splene epate stomacho pectore aut alio mēbro super illo membro fiāt cauteria.et similiter itelligitur si sint coarctate in iūcturis fiant cauteria in circuitu iuncture.

Utilitas.

¶ Nunc restat ponere q̄sdā regulas obseruādas in cauterys. ¶ Prima est qꝫ nūq̄ fiat cauteriū nisi ꝓpter corpe mūdificato per pharmaciā et flōmiā aut alterū illoꝝ vt medico videbit̄ expedire. ¶ 2ª regula est.qꝫ q̄ cauteriū fit ad eūandū teneat̄ cauteriū apertū:sed q̄ fit ad restringēduz sanguinē nō. ¶ 3ª regula est.qꝫ cauteriū q̄ fit ad eūandū ad minus teneatur apertū per q̄draginta dies et quolibet die locus mūdificēt semel aut bis ꝑm qꝫ plus vel minus corrupta exiet humiditas:et iterduz laueꝰ locus cuz decoctiōe foliorꝫ edere terrestris et arboree vt locꝰ cauteriçatꝰ nō feteat. ¶ 4ª regula est.qꝫ nō fiāt cauteria in infātibus nec valde senibꝰ:in infantibꝰ qdē ꝓp mēbrorū nimiā mollicie et in senibus ꝓp nimiā siccitatē mēbrorū. In his etiā etatibus mēbra sunt debilia non poª bene sustinere cauteriū. ¶ 5ª regula est.qꝫ nō fiāt cauteria tēporibꝰ valde calidis nec valde frigidis nec valde siccis. ¶ 6ª regula est.qꝫ non fiāt cauteria supra musculos. ¶ 7ª regula est.qꝫ cauteria fiāt interdū supra mēbruz mandās q̄q̄ supra mēbrū mediuz cuius mādatur et q̄q̄ ad qō mādatur. verbi gra. Si mā existēs in cerebro fluat ad oculos et faciē per arterias ⁊ venas timporuz añq̄ mā fluat fiāt cauteria in capite:et cuz actu fluit in timporibꝰ fiāt cauteria:et cū tota mā fuerit fluxa fiāt in lachrymalibꝰ oculorꝫ cauteria. Interdum ēt fiāt cauteria sub mēbro ad qō fit fluxus.verbi gra. si mā fluat ad faciē possunt fieri cauteria sub mēto ad mūdificāduz faciez. ¶ 8ª regula est.qꝫ canteria que fiunt sub genubus sunt vtiliora ad totuz corpus mūdificādū et būiditates corruptas a toto corpe.vñ talia cauteria debēt esse satis vtilia in cura lepre.hec breuia sufficiāt de cauterys.

Regule obseruāde.

¶ De vsu medicinarum laxatiuarum in regimine sanitatis. Cap.XLII.

Vti interdum ventris solutiōe quibusdā hominibꝰ multum cōpetit in regimine sanitatis.s.ad preseruādum ab egritudinibꝰ malibus et humorum corruptione.est enīz pole vt catartici laxatiui causa corpus mūdificēt ab hūore qui ḡnari ꝓsueuit ex negligentia diete: et ex corporis dyscrasia naturali vel accidētali. Nā quātūcūq̄ aliqs sit bone cōplexionis ꝓpter nutriētia sylueſtria in se multiplicabit malos hūores a qbus si nō mundificēt corpus generabit̄ morbꝰ. ¶ Et silr quātūcūq̄ aliquis boni fuerit regiminis:tū ꝓp malitiā cōplonis et debilitatē membrorꝫ spūuz et virtutū multiplicabūtur in corpe multi hūores:puta cholera et flegma vel melācholia:ex quoꝝ purgatione ꝑseruabitur corpꝰ ab egritudine. ¶ Utētes igit̄ malo regimine:et q̄ sunt male cōplonis;et nō sunt infantes nec decrepiti.et bñt stōchuz et coꝝ

Qui sint pharmacandi ⁊ q non.

pora ⁊ viscera fortia hñtq; corpus magnū ⁊ pingue: ⁊ sunt gulosi: ⁊ multos fructꝰ comedūt ⁊ parū mouent ⁊ exercitā tur: ⁊ nō multū aslellāt nec sudāt nec coeunt: tales eniz maxime sunt pharmacādi: ⁊ si non: nō euadent quin cadāt in pessimas egritudies. Et istorū oppositū ꝓdōnibus enumeratis minime sunt pharmacādi seu ad medicinā laxatiuaz apti ⁊ spāl̄r si eorū venter sit solubilis: ⁊ sint apti ad diariā ⁊ dysenteriā: ⁊ sil̄r si corpus cor sit siccū. In talibꝰ eniz medicine laxatiue sepius sumpte corpus debilitāt ⁊ ethicaz ⁊ phthisim adducūt.

Depparatiōe pharmacandi.

¶ Et notādū q; anteq; recipiat medicina laxatiua ꝑparādū est corpus ad eā ⁊ humores sunt digerēdi ⁊ ꝑparādi vt obediāt cūationi. Qui eniz conat materiā indigestā euacuare: ipsaz nō euacuat: sed sana mēbra debilitat ⁊ morbo resistētia. Corpus igit̄ ꝑparandū est cū nutrientibꝰ mollificatiuis ⁊ vnctuosis: ⁊ venaz aperitiuis: ⁊ partiēdus est cibꝰ. ⁊ vt sit vnū dicere corpus est ꝑmolliēdū ⁊ humectādū nutrimēto plurimo balneo ⁊ requie. Si aūt mā sit grossa ⁊ viscosa: tūc est incidēda ⁊ subtiliāda: ⁊ si fit nimis subtilis ⁊ ca. aliqual̄r est ingrossanda. verū est q; mā exīte furiosa rōne mobilitatis sue: siue rōne malitie: siue rōne mēbri ⁊ loci: siue rōne qualitatis ⁊ q̄titatis: siue rōne accītis inducti p tales mām non dz expectari digō.

Quo tpe pharmacandū sit.

¶ Itē nō recipiat medicina laxatiua in tpibus nimis calidis nec valde fridis: sed in tpibus tēperatis. puta in vere vel autūno. tēpus eniz humidū est ꝙueniētius ad laxatiuā medicinā.

In qbꝰ signis dēat eē luna.

¶ Et considerādū est q; luna nō sit in leone: et q; nō sit ascendēs: et vl̄r q; luna nō sit in signo fixo: sed mobili humido ⁊ frido. vñ iter oia signa mihi videt̄ q; cancer est signū ꝙuenientius ad medicinā laxatiuā: deinde pisces: qz sunt signa frida ⁊ humida mobilia: ⁊ scorpio: qz est fri. ⁊ bu. sed fixū.

Nō sit luna cū Ioue nec saturno.

¶ Itē multuz ꝓsiderandum est q; luna nō sit ꝓiuncta Ioui nec corporal̄r nec aspectu: nec q; sit ꝓiuncta saturno. Nā ꝓiunctio cū ioue debilitat virtutē medicine ⁊ fortificat virtutē nālez corpis būani. medicina aūt laxatiua nō euacuat humores nisi superādo vtutes nāles corporis. Amplꝰ ꝓiunctio cuz saturno imobilitat hūores ⁊ ipedit opationē medicine laxatiue.

Sup qbꝰ pharmacūs sit dormiendū ⁊ sup qbꝰ nō.

¶ Itē nota q; quedā sunt medicine sup quas multū est dormiendū sicut sunt fortes medicine que sumunt̄ p modū electuariorū: ⁊ quedā sunt sup qbus nihil aut paz est dormiēdū: sicut sunt medicine debiles valde: ⁊ que recipiunt̄ in colatura. Medicine aūt pillulate recipiunt̄ in sero ⁊ supdormit̄ tota nocte. Multū ēt est considerādum q; pillule non sint nimis desiccate nec putrificate nec nimis molles: sed sint siccate de nouo. Medicine aūt sumpte p modū electuariorū sunt sumēde media nocte ⁊ supdormiendū est vsq; ad diē. sed que recipiunt̄ in colatura sumēde sunt in auroza: ⁊ nihil aut parū est supdormiendū: sed statiz gescendū ⁊ postea ambulandū. Quia scimꝰ q; medicina q̄tūcūq; sit debilis nō opatur in humorē nisi ꝑus nā ipsaz deduxerit de potētia ad actū. Et ideo gescēdū est sup ipsaz assumptā quousq; appropinquet tps opōnis: ⁊ tunc mouēdū est corpus hincinde nō laboriose. nec in loco valde calido nec valde frido. Si. n. vis educere ellebozū moue corpus nec dormiaz aliquo modo donec medicina suā pfecerit opōnem: qz sōnus fortes euacuationes retinet.

Quo esceaz opz cibare aū opēnē cōpletam pharmaci

¶ Et sil̄r nō est comedēdū nec bibēdū donec medicina suaz pfecerit opōnem. Sunt aūt quidam debilis nāe ⁊ rare cōplonis q; nō pñt eē sine cibo quousq; medicina suā pfecerit opationē. Et isti debēt aū haustum medicine comedere aliquid subtile ⁊ leuis digōnis: ⁊ tales ēt postq; medicina ceperit opari pñt aliqd comedere sticticū: qō stomachū ꝓfortet ⁊ medicinā ad inferiora deponat: sed nisi necessitas cogat cibꝰ ⁊ potꝰ total̄r dimittantur quousq; medicina suā pfecerit opationē.

Signū cōplete opōnis pharmaci.

¶ Scimꝰ autem medicinā cōpleuisse operationē ex eo q; videmꝰ mutationē in egestionibꝰ ad humorē cui medicina adhibita nō est appropriata: ⁊ tunc pōt pharmacatꝰ cibari. Itē aliō signū est qñ medicina a nā expellit̄ cū egestionibus. Nā postq; medicina sufficiēter est opata nā ipsaz emittit. Aliō signū est sitis quā scimus non euenire ex pharmaci acnitate nec humoris nec cōplone stōchi.

Lauatiuā dandū.

¶ Tunc. n. qñ pcipiꝰ pharmacū appropinquare ad opationis medicine terminū tūc bonuz est q; pharmacatꝰ bibat aliqd lubricuz lauatiuum: ⁊ sitis sedatiuū ⁊ repressiuū medicineqz expulsiuum: ⁊ bꝰ est aqua ordei calidissima: hec eniz est lauatiua ⁊ repressiua medicine ⁊ lubrica: ⁊ sitis sedatiua.

Cibatio.

¶ Et tūc post borā comedat cibū facilis digōnis ⁊ bibat vinū lymphatū calidū. nihil eniz suscipiat actu frigidū: ⁊ dimittat illa die oēs fructꝰ frigidos humidos ⁊ laxatiuos. ⁊ spāl̄r añ cibos crudos ⁊ spāl̄r debilitātes stomachū: ⁊ si forsan medicina fuerit multū acuta ⁊ pharmacatꝰ cōplonis multū calide: ⁊ tēpus fuerit calidū: nullo mō bibatur vinū: sed loco vini bibatur mellicratū aut aqua ꝯccharata aut aqua cocta a vino pauciss̄imo ⁊ ōbilissimo alterata. Si tñ pharmacatꝰ fuerit vehemēter purgatꝰ ⁊ timeamꝰ de vlteriozi purgatiōe nullo mō bibēdū est mellicratū: nec aqua ꝯccharata nec sil̄e qō possit ventrez laxare: sed succus cydoniorū inspissatus p decoctionē cuz aqua ferrata aut aliqd sile.

Si medicina non operatur.

¶ Interduz aūt ꝓtingit q; medicina nō operatur aut qz medicina est debilis: aut qz corpus est debile: aut qz vētositas grossa est in stōcho que subleuat corpus medicine: vel qz vie intestinorū sunt opilate. Si igit̄ videamꝰ medicinā nō opari: qz virtus est debilis fortificiāda est virtus cuz cibo subtili lubrico: ⁊ postea exhibeat aqua nō multū frida. Si autez medicina sit debilis damꝰ aquā frigidā nō nimie frigidationis: ⁊ deinde dabimꝰ aliqua cōpressiua pōtica sic̄ cydonia ⁊ pira. Dec eniz medicinā ad inferiora deponunt. Si aūt ventositas sit in cā aut cōstipatio intestinoz: tūc clysteria sunt cōpetētia ⁊ dissoluētia ventositatē. Si aūt medicina non operet̄ ⁊ declinet ad supiora ⁊ generet morsus cordis angustiaz ⁊ estuationē ⁊ motū spasmosuz ꝓuocandus est vomitus. ⁊ si viderimꝰ q; declinet ad inferiora ꝑmittāt̄ clysteria attractiua fortia. Amplꝰ talium medicinaruz malitia corrigit potꝰ aque vehemēter fride: ⁊ balneatio in ea: ꝓterea q; frangit acuitatē eius ⁊ inflāmationē ⁊ serositatē ēt ad idē valent spēs: qz tales medicine sunt de genere venenoz: sed sup oia: qñ medicia nō euacuat ꝓfidendū est in clysteriorū būficys. Si aūt cum his oibus medicina in corpe remanserit ⁊ accītia mala multiplicent̄ ⁊ medicina ⁊ mā moueat̄ desuper fiēda est flōmia de saphena: postea de basilica. Uomitꝰ aūt magis ꝓficui sunt qñ medicina generat cordis morsum ⁊ nauseaz ⁊ singultū ⁊ prefocationē: nec tñ sunt cōtenēda clysteria. In hoc eniz remedio ꝓfuisum vsq; ad nunc ⁊ bonū effectū inueni.

Si medicina efferuitat.

¶ Interduz etiā cōtingit q; pharmacia eūat plus q̄ opz. ⁊ tunc ꝑmo studēdum est q; medicina a corpe expellat̄. 2° vt intestina confortent̄. 3° vt materia diuertat̄. 4° vt totum corpus ⁊ spāl̄r cor ⁊ spūalia mēbra ꝓfortent̄. Dic ēt in fluxu forti exhibē, da sunt narcotica stupefaciētia ⁊ māz coagulātia. Primū perficit̄ cū aqua ordei calidissima cum mucilagis se. psilij aut cydoniorū in potu data: qz virtutez medicine laxatiue debilitat: ⁊ ipsaz a corpore expellit. igit̄ ēt ⁊ in isto casu nō est ꝑmo ꝓtentiua intestinoz confortāda. Scōm aūt pficitur. s. qñ talis supflua cūatio non plus est ꝓpter medicine pñtis fortitudinē: sed ꝓpter ꝓtentiue intestinoz debilitatē: cuz stipticis ab intra. ⁊ ab extra. Ab intra gdem cuz miua cydoniorū aromatiçata: ⁊ ab extra cū oleo rosato mastichino ⁊ myrtino. Tertiū perficit̄. s. diuersio fluxus. vbi gra. possibile est q; mā fluat ad intestina ab oibus mēbris: et tunc fricationes ⁊ balnea multū ꝓferunt ⁊ eadem ratione

interdū cōpetunt diuretica interdū ēt vomit⁹.hec oīa diuertunt mām ab intestinis.Quartū ꝓficiē.ſ.ꝓfortatio vtutis:qz medicina laxatiua interdū euacuat vltra debitū superādo virtutes corporis nāles ⁊ vitales.tunc studēdū est in tali casu in vtutis ꝓfortatione cū appropriatis epaticis stomaticis cordialib⁹ ⁊ capitalibus.Quintū ꝯo perficiē cum somniferis ⁊ stupefacientibus retinentib⁹ eūationes fortes magna stante necessitate.ī non est maluz dare aliquā opiatā ad imobilitandū mām:⁊ ad stupefaciendū aialem virtutē.hoc tñ est faciendū cum magna cautela:⁊ hec breuia sufficiunt de medicinis laxatiuis.

¶De vomitu in regimine sanitatis. Laꝑ.XLIII.

QUāuis homines simplr sani:⁊ a tpe non indigēt vomitu:tñ boies in quorum stōchis multiplicaē flegma ⁊ cholera per vomitū ab egritudinib⁹ preseruanē ⁊ in ꝓpria sanitate cōseruanē. ¶Si igr hō boies vomitū vtunē ꝑm qꝫ expedit eozū stōchus a supfluitatib⁹ mūdificatur digestioqz efficit melioz ⁊ corpus renouaē.caput ēt ⁊ sensus alleuianē:⁊ visus acuiē:⁊ si fiat vomit⁹ moderate:⁊ vbi non opz corpus desiccabiē:nocebitqz epati:pectori: oculis ⁊ pulmoni:venas qñqz scindit ⁊ rūpit:ex quo passio emoptoica causaē. ¶Dz aūt vomit⁹ fieri ad plus bis in mense in regimine sanitatis hoium ꝑdictozū.nec dz talr vomit⁹ fieri stōcho vacuo:qz cēt laborios⁹ nimis:ſz post cibi saturitatē abominabilis ⁊ diuerse nāe hūtis q̄dāmō iciuā ⁊ abominabilē virtutem.nec dz fieri frequēter ne stomachus corrūpaē ⁊ ei⁹ virtus destruaē:⁊ sic dz obseruari cert⁹ nūerus dierū inter vomitū vnū ⁊ aliū.Uñ hūtes collum longū et pectus strictū ⁊ humeros eleuatos ad modū alarū et crura tortuosa tales inquā vtanē vomitu ad ꝓseruādū sanitatē. ¶Et qz oculi multū ledunē interdū vomitu:cū aligs vomere voluerit duos pāniculos in rotūditate circūuoluat:et sup oculos clausos ponat:et cū alio pano lato optime liget nec auferanē donec vomit⁹ cōpleaē:⁊ tūc facies aqua ros.est abluēda in hyeme addēdo aliquātulū ligni aloes:et os obluēdū est cum hydromelle aut syrupo acetoso.et nō est comedēdū statiz:sed tardet comestionez donec fames sit fortis:⁊ si ꝓtigat sitī:sedeē sitī cū syrupo cydoniozū:⁊ nō cuz iulep aut syrupo acetoso:qz incitarent ad vomitū et comedāt carnes pullozū facilis digōnis in galaticia ⁊ galātina.hec breuia sufficiāt de vomitu ꝑut cōpetit in regimine sanitatis. ¶De vomitu aūt laborioso q fit ieiuno stōcho:⁊ cuz fortib⁹ medicinis nō est hic determinandū:quia nō competit sanis corporibus.et si interdum forsan cōpeteret ad preseruandū ab aliquib⁹ malis egritudinibus:est eadem ratio sicut de medicina laxatiua laboriose ducente et effrenate.

¶De clysterib⁹ ⁊ diuersitate eozū. Laꝑ.XLIIII.

QUia boies sani sepe ⁊ sepius clysterib⁹ vti ꝓsueuerunt:et sil'r suppositorys determinandū est de eis breuiter quātuz spectat ad sanitatis regimē. ¶Sciendū est igr q boies in quib⁹ seu in quoz intestinis feces idurari cōsueuerūt pp quā indurationē pōt colica cāri.Sil'r in quorū viscerib⁹ solēt vētositates multiplicari aut flegma mucilaginosuz.vel ad quozū intestina cholera pauca deriuaē incitās expulsiuā.Tales inquā idigent in sanitatis regimine clysterib⁹ remollitiuis fecū aut carminātib⁹ ventositatē aut eūantibus flegma aut ꝫ defectū mordicatiōis cholere nō miste.interdū ēt fiūt clysteria aliozū humozū eūatiua aut mūdificatiua ulcerū:aut eoz ꝓsolidatiua aut vētris restrictiua aut attractiua a remotis ⁊ ipinguatiua:sed qz talib⁹ nō vtimur in sanitatis regimie de his penit⁹ nulla fiet mētio. ¶Et nota q multe sūt regule obseruāde circa administrationez clysteriozū. ¶Prīa regula est.q clysteria maxime fiunt ad eūationē fecuz intestinoz:⁊ ꝓsumptionē ventositatū in eis:⁊ sil'r in renibus.vñ suspecti de colica ⁊ passione renū ⁊ spāl'r vētosa maxime debēt vti clysterib⁹. vñ clysteria imediate eūant ab itestinis inferiozib⁹ ⁊ renibus:⁊ ex ꝓnti ab itestinis supiozibus.Euacuāt igr ab inferiozib⁹ et eradicāt a superiozib⁹ per quādā colligātiā inferiozū ad superioza. ¶2ª regula est.q clysteria fortia non debēt fieri si mā sit indigesta. ¶3ª regula est.q clysteria nullo mō fiēda sunt cibo exīte in stōcho adhuc indigesto qz attraheret cibus indigest⁹ ad itestina ⁊ ad epar. ¶4ª regula est.q clysteria nō sunt nimis frequētāda ne nā debilitet. ¶5ª regula est.q qñ exhibet clystere ꝓpter renes clysteriçādus dz esse supin⁹:⁊ ꝓpter intestina ecōtra. ¶6ª regula est.q non dz fieri clystere tpe calido nec boza calida:sed eligi dz boza aliqualr frida. ¶7ª regula est.q non debet fieri balneū ante clystere ne in corpe fiat mot⁹ agitatiuus. ¶8ª regula est.q qui sunt suspecti de hemorrhoidibus.⁊ similib⁹ passionib⁹ ani nō debēt vti clysterib⁹. ¶9ª regula est.q si gs timuerit ne clystere retineaē poni dz in circuitu ani auena calefacta aut miliū calefactū.que autez sint materie clysteriozū scitur de alys negocys.

¶De suppositorys. Laꝑ.XLV.

CONsequenter de suppositorys q bus sani iterdū vtūtur dicendū.Sunt aūt suppositoria quedā lenia nō acuta.puta suppositoria fcā ex melle ⁊ succo mercurialis vl ex sapone gallico:aut ex succo caulis ⁊ sil'ia.⁊ sunt alia his fortioza.ſ.facta ex melle acuata cū scamonea aut euforbio aut colloquintida ⁊ sil'ibus:ꝑma quidē suppositoria ordinanē ad ventrē remolliēdum.⁊ scda ad attrahendū materiā a remotis:⁊ specialr a partibus superiozibus.Prima igr suppositoria magis cōpetunt in regimine sanitatis q̄z secunda.

¶De pessarys ⁊ diuersitate eoz. Laꝑ.XLVI.

DE pessarys aūt sciendū q sic se hūt ad matricē sicut suppositoria ad intestina.interduz aūt fiunt ad menstrua ꝓuocanda:⁊ ad mundificādū matricē:⁊ aliqñ ad restringendū matricē:⁊ interdū ad confortādū matricē vt disponaē ad cōceptū.hozuz autem mā scitur ex libris particularib⁹.ideo hic pertranseo cum dei laude huic operi finem ꝑponendo:a quo reperi ⁊ recepi gratiam doctrinaz ⁊ perfectionem.

¶Incipit regimen sanitatis ad inclytum regem aragonū a magistro Arnaldo de Uilla noua directū ⁊ ordinatū.

¶De aeris electione. Laꝑ.I.

PRima pars vl ꝓsideratio sanitatis cō seruāde ptinet aeris electioni. Naz inter ea que necessario approximant humano corpori nihil est qō imutet fortius ipsum q̄z id qō per os:⁊ per nares ad cor ⁊ ad arterias inspirādo puenit cū qualitatibus suis:⁊ per oēs arterias imiscet spiritibus cordis:per quos oēs actiones vite corpalis pficiunt. Ideo regalis prudētia:que ad ꝓprie sanitatis ꝓseruationē studere dz pp salutē regni nūq̄z negligat quātum facultas cōcedit eligere aerē ad habitāduz:tam in ptibus regni q̄z in mansionib⁹ locozū ad que inhabitādū declinat. Nā cuz in ea pte regni eligit diutius habitare iuxta differētias partium anni qua salubrioz seu purioz viget aer dupl'r puidet vtilitati cōi.Primo qdem in cōseruatione ꝓprie salutis a qua deriuaē salus totius multitudinis cui preest.Secūdo ꝯo qñ puidet multitudini q̄ ad pñtiā ꝓfluit de ꝓuātib⁹ sanitatē nō soluz autē corpori est accōmodus aer purus: sed

Regule.

Aer pur⁹ mēti ⁊ cor poꝛi ꝓfert.

sed ēt mēti. Nā oīa mentis opera siue in appbēdēdo siue in iudicādo: clariꝰ ꝛ pfectius exercentꝫ in aere puriori. Ex qua ꝓsideratione ꝓseruationis ēt nō modice regis prudentia sublimaꝫ. Cū per hoc publice vtilitati prouideat valde in ꝓcurando claritatē cognitionis ꝛ industrie nālis nō solus in mente ꝓpria: sed totiꝰ consilij. Unde manat gubernationis influētia toti regno ad qō bonū ꝓcurādū quātus ei possibile fuerit ipse rex obligaꝫ ex ꝓprie maiestatis officio: cum non tm nālibus documētis: sed quotidianis constet experimētis qꝫ aeris ipuritas atqꝫ grossities ingeniuꝫ hebetat: appzebēsionē obtūdit: iudiciū obscurat: cogitationes infatuat ꝛ obliquat affectiones. ¶ Ea igit ps ad habitandū diuitiꝰ eligaꝫ: vbi fuerit in suba purior aer: ꝛ in qualitatibus tpatus iuxta dīas tpis. Nā in estate querēdus est purus: ꝛ ex circūstantys habitatiōis declinās ad moderataꝫ frigiditatē: ꝛ econtra in hyeme. Ubi autē purus est aer ibi ver ꝛ autūnus existūt in q̄litatibus tpati. Sz quia frequenter ꝓtingit qꝫ vbi purus est aer subitis ventorū flatibus agitaꝫ. ideo tūc corpus rarū de facili ledit alterationi bus repētinis: cū leuiter ad eiꝰ iterioza penetret ventꝰ maxime si flauerit veluti p cānalē ꝓpter qō expedit in locis ventosis densis vestibꝰ operiri. Sz cholericis atqꝫ sanguineis cōgruit vestis ex lino vel serico intercluſa bombace. Nā talis vestis sanguinē nō iflāmat nec estuare facit: ꝛ a vētorū igressu ptes ꝓtegit circūtectas. ¶ In māsione Xo que p̄cipue deputabiꝫ ad iacendū/vel ad dormiēdū. cauebitur ne sit aer cōclusus: ꝛ nō hīs liberā spiracula: sicut in aliquibꝰ domibus testudinosis: ꝛ que pua ꝛ pauca hīt spiracula: vel rheumaticis sicut in subsolarys: quoꝝ soluz nō est pauimentatū. Jn talibꝰ enim mansionibꝰ aer est nimis grossus ꝛ būidus: ꝛ iacētes maxime dormiētes in eis multum grauant in capite ꝛ in pectore. facit eniz eos obtusos: ꝛ pigros ꝛ somnolētos: coꝛ ꝛstringit: anbelituz indurat faciendo respirationē difficilē: ꝛ vocē amputat: vel obscurat. Propterea si necessitas vrgeat in tali domo iacere in hyeme subtilieꝫ ꝛ depureꝫ aer cuz igne maxime facto de vitibus siccis aut roze marino vel brusco vel filibꝰ. s. lignis nō fumantibꝰ: sed facientibꝰ flāmaz clarā. Estate Xo cūcta spiracula teneantꝫ apta: neqꝫ soluz irrigeꝫ: ꝛ in ea pte iaceat p quā liberius ingredi pōt aer. ꝛ si sterni debuerit virētibus plantis caueaꝫ ne sint aquose vt iuncus grossus. sed bona ꝛ mollia herba. s. myrtho: ꝛ salice aut similibꝰ. ꝛ talis domꝰ poterit in hyeme cuz lignis iuniperi vel cypressi vel ligno aloes fumigari aut thure. Estate Xo cū sandalis: aut folijs myrthi siccis aut virgis eiꝰ vel rosis siccis quibus ēt si copia suppetat soluz sternaꝫ aut sacelli repleāt ex eis ꝛ collocēt circa puluinar lecti. ¶ Cū āt frigoza cogēt vti būficio ignis cauendū erit ne nimis approximeꝫ: aut diu sedeatur ad ipm: ꝛ maxime sumpto cibo ꝛ vultu oppositō. Nā rara corpora depauperat spū ꝛ coꝛ ipedit digestiuaz: ꝛ debetat visum: ꝛ acuit sanguinez: ꝛ causat vertiginem: sed dorso ad ignem conuerso eius beneficium moderate sumatur. Si Xo fuerit coraz oculis: et maxime prope conuenit aliquid prope oculos interponi.

Rex obligaꝫ ad ꝓcurādum bonū regno.

Stare multu ad ignē nocet.

¶ De naturali exercitio. Cap. II.

POst considerationē aeris. consideratio seqtur exercity: qñ naturaliꝫ dz refectionē p̄cedere ꝓpter duo: quoꝝ vnū est: qꝫ calorem excitat naturalē. per quē est cibi digestio celebranda. vñ expedit vt cibꝰ q sumiꝫ cū inueniat excitatū ꝛ nō sopitū. Aliud est: qꝫ supfluitates corpis resoluit ꝛ ꝓparat expulsionī q̄bꝰ i corpe manentibꝰ nā mēbrorū suas nequit perficere actiones. Eteniz calorē naturalez obtundūt ꝛ meatꝰ ipediunt: per quos dz alimentū trāsire. Unde nā corporis ipedita manet donec superfluitates cibi p̄teriti fuerint excluse pfecte. q̄uis aūt grosse supfluitates vt intestinales ꝛ vesicales ab aliquibꝰ corporib egrediantꝫ absqꝫ exercitio tñ subtiles que per poros cutis bīt expellit: ꝛ que vtplurimū aggreganꝫ in lacertis mēbrorum ꝛ inter cutē ꝛ carnē raro nisi per exercitiū forte educunt a corpe sano: tum qꝫ raro sudat: tū qꝫ rarissimū est qꝫ aliquis ita parce viuat siue cibeꝫ qꝫ calor nālis possit mēbrorum supfluitates pp paucitatē consumere. Uel qꝫ ita fortis sit qꝫ possit quascūqz supfluitates vastare. ¶ Congruit igit ante cibū exercitari: sed comedentibꝰ parū sufficit exercitiū modicū. Dis aūt q copiose reficiuntꝫ magis est necessarium ꝛ eis. Nā his qui parū exercitantur sufficit modica leuisqz refectio. Illis Xo q multo ꝛ forti exercitio corporali vtuntur copiosa ꝛ grossa debeꝫ refectio. Dis Xo attētis ꝛ prandio ꝛ cene ꝓmittaꝫ exercitiū moderatū ꝛ vniforme. Moderatū gdē est. ex quo alacrior quis efficiꝫ ꝛ mēbra etiaz leniora. Naz si doluerint aut inde fatigata ꝓmanserint ꝓculdubio fuit imoderatū. Et ideo cū fatigatio incboat cessandū est ab eodē. Uniforme Xo dī qñ inferioza ꝛ superioza ꝓportionaliꝫ exercitantur siue peditādo: siue equitādo: vel aliꝫ exercitiū peragaꝫ. Uñ q peditando exercitantur debent aliqñ icliari ad colligēdū māibꝰ aliqd placidū vl opandū. Eqtās Xo siue ascēdēdo siue descēdēdo siue mouēdo equū nō solū pedū colūnas: sed dorsum mouet ꝛ manꝰ ꝛ brachia maxime si venationi dederit operā. Illa tñ in ꝓposito motus spēs ad exercitiuz eligi dz per quā semp illesa permaneat regalis maturitas ꝛ honestas. Quapropter ludus pile vel lanceales: aut lucte cum coetaneis nullo modo regie cōgruit honestati. qñ personā ipsiꝰ contēptibilez reddit. et istud publice honestati nimiū derogat.

¶ De balneo. Cap. III.

POst consideratione exercity consideratio balnei sequitur. ideo qꝫ defectū supplet ipsiꝰ. Nā in regimine sanitatis illi solum balneātur in qbus pp obmissiones exercity ꝛ copiosaz refectionē multitudo supfluitatū aggregatur in lacertis ꝛ itercutaneis regionibꝰ: aut illi qbus pre multitudine sudoris in exercitio: vel alia cā lotio corporis est necessaria. Et ideo balneū stupbe cōpetit p̄mis ad prouocāduz sudorē: aliys Xo balneū aq̄ ad abluendū. Sz in ꝓposito neutrū balneū locū bz. Nā corpori tpato vel sanguine abūdāti si moderate cibeꝫ ꝛ moderate exerciteꝫ nec cōgruit sudare nec necessariū est ablui propter sudoris vestigia. Ex si ꝓpter eius exercitiū sudoris ꝓuocatiuū aliquādo sequereꝫ necessitas abluēdi cauēdū est ne corpus mergatur in aqua notabiliꝫ calida: sed sit tepida velut illa q̄ solis feruoribus in estate calescit ꝛ rose vnico feruore bullite proyciantur in balneum.

¶ De ablutione pedum ꝛ capitis. Cap. IIII.

COlūne tū pedū ad ꝓseruationē sinceritatis visus ꝛ audit ꝰ atqꝫ memorie sepe lauenꝫ ꝛ fomētenꝫ cū aqua moderate caliditatis: ꝛ talis lotio fiat in sero circa itroitum lecti dieb ꝰ illis in qbus cenare non contingit.

¶ Lotio Xo capitis nō tardet vltra. zo. dies nec in hebdomada plus q̄ semel fiat: ꝛ nūq̄ stōcho repleto: sz añ prādium vel longe post ipm: ꝛ añ cenaz si ꝓponatur cenare.

¶ De ꝓsideratione refectionis. Cap. V.

POst cōsideratione exercity ꝛ balnei segtur ꝓsideratio refectionis duplici ratione quarū prima est: qñ exercitiū corpus inanit: ꝛ inanito corpori debeꝫ refectio. Scōa Xo est. qñ exercitiū inaniēdo prouocat appetitū cibi qui nominaꝫ fames que nihil aliō est q̄ ꝑco nāe ad iudicandū necessitatē cibatiōis. De corpore nāqz sano tūc cer-

Mora ꝛa cibi est appetitus.

tuꝫ est ꝙ indiget cibo qñ manifeste famescit.ꝛ ideo spāl'r bñtibus tpatum corpus ꝛ sanguinē abundātē ꝓe alys nō expedit sumere cibū donec esuriant. Natura eniꝫ mēbrorū nō amplectit̄ qō nō appetit:sed respuit ipm:ꝛ iō cibus qui sumit̄ sine appetitu nāe velut grauis sarcina ferī a stomacho:ꝛ ab alys mēbris. Propterea magis corrūpitur in eis q̄ꝫ ꝙuertat̄ in ea. Naꝫ cuꝫ nā respuat ipm vel conat̄ tepide in suaꝫ subam ꝙuertit. Oōbꝛeꝫ pꝫ ex bis ꝙ sanis corporib⁹ in qualibet pte anni nulla ſm nām est alia cōgruabora cibatiōis siue in prādio siue in cena nisi qñ nā comedere appetit.ꝛ hoc testat̄ ꝙ vulgaris obseruātia tēpestiue cenandi nō bꝫ in sanis existētiā rōnis:sed ex leui cōceptu manauit ꝑitorū ꝛ obseruat̄ ex idiscreta ꝙsuetudine populari. Sumēdus est igit̄ cib⁹ appetēte nā:nec diu ēt post esurīē dꝫ sumptio ei⁹ retardari nisi qꝛ sancte cōstitutiones ecclesie vel honesta occupatio aut religiosa deuotio qñqꝫ suggerūt ipsaꝫ esuriem tolerare.

Cib⁹ bene mēsurari dꝫ nec cograuari dꝫ stōchus.

¶ Debet ēt tal'r mensurari cibatio ne stōchus tensione grauet̄. Sicut eniꝫ nocet cibus sumpt⁹ aū ips predictū:sic ēt nocet si sumat̄ imoderate:ad qō vitandū expedit vt duo vitent̄. Primū est iperfecta masticatio:per quā fit magna nature iniuria:cū nō reddatur ei qō ex pma institutiōe ei debeā. Ad hoc eniꝫ dētes sunt a nā ordinati vt pfecte cib⁹ cōminuat̄ anteq̄ trāsmittatur ad locū digōnis. Cum ergo cib⁹ nō est liquidus:aut per artificiuꝫ cōminutus valde nām sui corpis defraudat qui suis dentib⁹ pfecte nō cōterit. Naꝫ aptitudo cōterēdi nec stōcho nec ceteris mēbris interioꝛib⁹ est ꝓcessa. Quapropter neceſſe est vt ledant̄ a cibo iperfecte masticato cuꝫ nequeāt supplere defectū ꝓtritionis. Ledunt̄ aūt a cibo iperfecte masticato duplr. Primo qꝛ plus inde sumit̄ ex quadā deglutiēdi vꝛacitate. Scō qñ cibus deglutit⁹ iperfecte digerit̄:ꝛ per ꝓis corpus ad multas ꝑparat passiones.ꝛ ideo vꝛaces frequēter egrotant:ꝛ nūq̄ꝫ ad naturalē pueniunt senectutē.

Diuersitas ciboꝝ sil ē mala.

¶ Scōm aūt qō metu refectiōis imoderate dꝫ vitari est varietas ferculoꝝ in vna mensa:ꝛ maxime si fuerint delicata:citi⁹ enim laxat̄ ꝛ deficit appetitus in sumptione vni⁹ cibi q̄ꝫ diuersoꝝ:qñ blādimenta saporū ꝓuocant eū ad plus sumendū q̄ꝫ stōchus possit digerere. Preter hoc ēt qñ diffoꝛmitas ferculoꝝ est tanta ꝙ vnum est facilis:reliquū ꝛo difficilis digōnis. necessariuꝫ est vt debita nutritio mēbroꝝ ipediatur:qꝛ cū ꝓus digeratur vnū q̄ꝫ aliud:ꝛ cū misceāt adinuicē:aut cū digesto dilabitur indigestū:aut si vsq̄ ad perfectā digōnem alteri⁹ remanserit corrūpet̄:veluti si carnes pullorū:ꝛ vaccine insimul decoquerent̄. Accidit etiaꝫ ꝙ qñ fercula varia multa sunt numero duob⁹ modis pfectio ipeditur digōnis. Primo qꝛ comedēs ad frequētius potādum iducitur: frequēs aūt pot⁹ digōnem ipedit:quēadmodū qñ frequenter suffundit̄ aqua olle ipedit ei⁹ feruoꝛē. Scō qꝛ iter ꝓmuꝫ ferculum ꝛ vltimū magnū est interuallū. ꝓpter qō incboata digestio ꝓmi a cruditate supuenientiū ipeditur:que oīa nocumēta vitant̄ per sumptionē vni⁹ ferculi tñ aut duoꝝ ad plus:dum tñ inter ea nō cadat notabile iterualluꝫ:ꝛ ꝙ nō sint valde diffoꝛmia quātuꝫ ad habilitatē digōnis.ꝛ iō qui paucis cibis vescunt̄ ad extremā ꝛ mundā perueniūt senectutē. Qui ꝛo studeant ad multitudinē ciboꝝ incarcerandā vel ante senectutē extinguent̄:vel eoꝝ senectus intēpestiua erit ꝛ valde imunda sicut in habitatoꝛib⁹ septētrionis frequēter occurrit.

Conueniēcia ꝑligēda.

¶ Nō solū aūt mora refectiōis:ꝛ quātitas sed ēt qualitas ciboꝝ dꝫ attēdi:sic.l.vt illi sumātur q̄ corpori ꝙgruunt ſm exigentiā nature ipsi⁹ ꝛ tēporis.ꝛ qui nō cōgruūt euitent̄. Unde qui naturalr disposit⁹ est ad patiendū fluētes hemoꝛroidas:ꝛ pulsantes vitare dꝫ acuta ꝛ salsa ꝛ nimiuꝫ dulcia ꝛ quecūq̄ cōstipant de q̄bus infra dicet̄ in speciali.

De potu i sti vera ꝛ mendosa.

¶ Nunc aūt conuenit de regimine pot⁹ in generali tractare:circa qō nā breuē ꝑbet sanis corporibus regulā.l.vt potetur qñ ipsa requiret. hoc est qñ vera sitis aliqs patit̄. Tūc est aūt vera sitis qñ in oꝛe stomachi percipit̄ exuatio:qō nūq̄ꝫ in sanis corporib⁹ nisi sumpto cibo ꝓtingit. Unde cuꝫ talis sitis est manifesta sumendus est pot⁹ ꝛ sobꝛie qualis nāe corpis ꝛ tpis debetur. Est etenim in ꝓposito cauendū ne sit vinū acutuꝫ vel igneum aut grossuꝫ ꝛ dulce. sed in estate albuꝫ vel roseū in hyeme subꝛubeū:ꝛ in substātia semp clarū atqꝫ subtile cui⁹ sapoꝛ est simplex:ꝛ amicabilis ꝛ odoꝛ suauissim⁹. Et ex talib⁹ eligantur semp debiliora que min⁹ possiunt tolerare aque mistură. Corpibus enim tpatis ꝛ sanguineis ꝛ cholericis vtilius est bibere vinū debile nālr cū modico aque q̄ꝫ vinosum fractū cuꝫ multa aqua. Sic igit̄ in ꝓposito pꝫ ꝙ expedit oīno vitare vina que ꝓficiunt̄ gipso vel calce vel q̄ conseruant̄ in vasis pice linitis. Et eadē rōne vitandū est nectar nisi ꝓficeret̄ ſm formā inferi⁹ posită. Pꝫ ēt ex predictis ꝙ vinū nouū perfecte clarificatū est in ꝓposito veteri semp vtili⁹. In siti ꝛo mendosa in qua nō estuat oꝛificiuꝫ stōchi:sed guttur arescit:vel os aut palatū ꝑ puluerē aut motū aut aeris calorē ꝛ siccitatē nō expedit bibere:sed sufficit gargariçādo vino bñ limphato:aut aqua ꝑdictas ptes humefacere vel emundare vel si magis placeret succosos fructꝰ masticare:ꝛ abycere:vel modicū succi deglutire ꝓpter gutturis ariditatem erit expediens.

## ¶ De dormitione ꝛ corpoꝛis tranquilitate. Cap. VI.

Post refectionē nāli ordine gescere ꝓuenit atqꝫ dormire. Lib⁹ eniꝫ ad hoc recipitur vt digerat̄ ꝛ digestus cōuert̄ in mēbroꝝ subam. Digestio ꝛo cibi ꝛ maxime in stomacho vbi recipit̄ cū totalitate sue deformitatis ad mēbra nequit cōpelli nisi caloꝛ nālis per quez digestio celebrat̄ quātū possibile est coadunet̄ circa locū digestionis. Quapropter moderate refectis nō ꝓuenit sumpto cibo deambulare vel laboꝛare vel etiā vigilare:maxime si corpus eoꝝ nō abundauerit nāli caloꝛe. qñ in motu ꝛ laboꝛe distrahit̄ coꝛ ad mēbra que motu exercitant̄. Silr in vigilantib⁹ dato ꝙ nō mouerēt colūnas pedū ꝛ manuum: nihilominus ad oꝛgana sensuū vt audit⁹ ꝛ visus ꝛ ad ipm cerebꝝ vbi meditationis opatio exercet̄:caloꝛ eniꝫ nālis distrahit̄ qñ sine ipso nulla vite opera possiunt in corpoꝛe pfici. Que oīa recte ꝓsiderantes ꝓphi dixerūt concoꝛditer ꝙ potioꝛ hoꝛa maioꝛis refectionis ad conseruādū sanitatē est vespertina. Propterea qꝛ nos refectioni succedit ex qua tria bona ꝓueniunt necessaria digestioni pficiende. Primū est frigiditas aeris. eteniꝫ in aere frido foꝛtioꝛ est digestio q̄ꝫ in calido:qñ per frigiditatē aeris coadunatur caloꝛ nālis in clibano corpis:ꝛ per caloꝛē ipsius aeris disgregat̄ versus exterioꝛa. ꝓpter qō hoies vtplurimū comedunt ampli⁹ in frigidis habitationib⁹:ꝛ in hyeme. Scōm est tranqlitas mētis ꝛ corpis:qñ de nocte cessant meditationes ꝛ occupationes diurne. Tertiū est somn⁹ qui et⁹. nā sub silentio noctis nec strepitu nec clamoꝛib⁹ iterrumpit̄: nec occupationib⁹ ipeditur:nec luce feriēte oculos breuiatur. ¶ Igit̄ qui moderate reficit̄ sumpto cibo sedeat ꝛ gescat:tam mēte q̄ꝫ coꝛpoꝛe:ꝛ sedēdo audiat nō amara neqꝫ subtilia:sed placida que fuerit facilis itellect⁹:vt sunt regū ꝛ sanctoꝝ hystorie vel musice melodie. Cū aūt somn⁹ aduenerit ꝓtinus doꝛmiat. Sed de die maxime in estate doꝛmiatur in loco frigidioꝛi ꝛ obscurioꝛi:ꝛ maxime tranqllo: dum tū non sit rheumatic⁹. Pedes quoqꝫ discalcientur ꝛ cooperiant̄. Nā doꝛmire calciatis pedib⁹:ꝛ tibys maxime in estate fumos reflecti t:ꝛ coꝛpus estuare facit ꝛ ingetari ꝓpter qō ipeditur digestio:visus obscurat̄.ꝛ mens hebetatur. Loco periēdi ꝛo sunt ne nimiū infrigident̄.

Sup cibū sūptū gescēdum ꝛ doꝛmiendum.

In nocte tria sūt digestioni necessaria.

In sōno pedes ꝛca put̄ cooperiēda sūt.

¶ Et simi-

liter

liter caput in somno plus ꝙ in vigilys est cooperiendum. Nã cum calor nãlis in eo coadunet circa mediã corporis regionẽ extrema manent modico calore munita. ⁊ iõ tunc facilius pñt a frigore ledi maxime si sit aer frigidus: quasi per canales ꝓpulsus a ventris pcutiet mẽbra. Propterea cauẽdũ est ne in directo capitis fenestra vel spiracula sint aperta. Sup quo lacere dormiendũ.

¶ Qui ℞o sani sunt corpore debẽt in ꝑmo somno supra dextrũ latus dormire vt epar qõ circa corpus abundat nãli calore subiaceat stõcho tãꝙ ignis suppositꝰ lebeti. Cuꝫ aũt fuerit ꝑmus somnꝰ expletus nõ est necessariũ bis qui tpate reficiunt amplius dormire. Sꝫ si qñꝙ plus debito sumeret aut aliquid qõ esset graue ad digerendũ: tũc dormiens nõ excitaret a ꝑmo somno ꝓpter pfectionẽ digestiõis: sed ꝓpter stimulũ supfluitatis aggregate in membris sicut vrine in vesica: vel fumoꝝ in lacertis aut screatus in pectore: vel similiũ. ꝙbus expulsis vrinãdo vel tussiendo vel mẽbra extendẽdo adhuc expediens erit ad somnũ redire qõ ꝓpendet ex ponderositate capitis ⁊ grauedine palpebrarũ: ⁊ tunc ne fumus cõclusus epar supcalescat ꝙuenit iacere super latꝰ sinistrũ. Nã cibo fere digesto multo minor calor sufficit ad perficiendũ digõnem ꝙ crudo. Supinus aũt nunꝙ dꝫ sanus dormire ne supfluitates que fluunt ad palatũ ⁊ nares refluant ad cerebrum ⁊ submergãt memoriam. Sed excitatꝰ a somno põt stare supinus: ⁊ parũ quiescere ad mẽbrorum equationẽ. ⁊ maxime iuncturarũ spinaliũ. Silr sanis ⁊ stomachũ bñtibꝰ calidũ vel tpatũ nõ expedit supra ventrẽ dormire ꝓpter ceruicis contorsionẽ ⁊ stõchi cõpressionẽ. Illis ℞o ꝙbus stõchi frigiditatẽ est necium precipit: vt supra mollissima puluinaria ventrẽ collocent: ⁊ vt ingenient quãto minus poterũt collũ torquere: ⁊ melius cẽt vẽtri cervical mollissimũ ⁊ calidũ applicare: ⁊ brachys amplecti vel cũ lata fascia linet panni supfirmare: vt in somno adhereat. Sup cibũ imoderate sumptũ deambulãdum.

¶ Sicut aũt qui moderate reficiunt nõ expedit sumpto cibo deambulare: sic est imoderate refectis expediẽs ꝑus ꝙ dormiãt deambulare suauiter atꝙ diu quousꝙ depressuꝫ fuerit pondus orificij stomachi. ⁊ cuꝫ oĩs refectus debeat in somno tenere caput ⁊ pectꝰ ceteris partibꝰ altiora: magis tñ boc expedit imoderate repletis ne regurgitãte cibo graueť orificiũ stomachi: ⁊ per ꝓñs caput ⁊ mẽbra spiritualia. Post sõnũ corpꝰ a superfluitatibus emundandum.

¶ Somno itaꝙ expleto studendũ est diligẽter emũdare corpus a superfluitatibꝰ multiplicatis in eo nõ solum per secessuꝫ aut vrinãdo. sed ẽt per alias partes vt tussiẽdo ⁊ spuẽdo ⁊ nares mungẽdo. caput pectinãdo. ⁊ facies ac manus cũ aqua tepida semp lauando. ¶ Coitus etiã qui ad nature cõmodum ordinat exerceri debet expleto somno ⁊ existẽte corpore tẽperato. ¶ Dis autẽ quoꝝ iũcture sunt debiles aut hemorrhoides sepe vexãt: siue fuerint fluentes aut surde: cauẽdũ est diligẽter ne famelici coeant vel imediate post repletionẽ: ⁊ maxime si stimulus voluptatis excitaret ad hoc studiose. nã eniꝫ semp expectãda est: vt ipsa sponte requirat: ⁊ ex debitis iteruallis: vt nã possit effundere semen absqꝫ dissolutione corpis ⁊ tormẽto. Uiolẽtus eniꝫ coitus est cũctis hominibꝰ cũ terrore vitandus: qñ oẽs vires corporis amputat ⁊ in extremã precipitat senectutẽ.

## ¶ De accidentibus animi. Cap̃.VII.

Supradictis igitur per ordinẽ obseruatis scire ꝙuenit insup ꝙ animi accidentia corpus efficaciter mutant seu alterãt: ⁊ in operibꝰ mẽtis faciunt manifestã ipressionẽ: ⁊ ideo qz nociua sunt debent studiose vitari ⁊ spãlr ira ⁊ tristitia: qñ ira supercalefacit oĩa mẽbra. ⁊ ꝓpter feruorẽ cordis oẽs actus rõnis ꝓfundit. Et ideo cauẽde sunt eius occasiones nisi quãtũ ex ꝑcepto rõnis aduersus illicita cõcitať. ¶ Tristitia ℞o corpus infrigidat ⁊ exiccat. Propterea maciez ⁊ extenuationẽ inducit: ⁊ qz cor ꝓstringit ⁊ spiritꝰ obtenebrat: ⁊ ingrossat. ingenium hebetat. apprehensionẽ ipedit. iudiciũ obscurat. ⁊ obtũdit memoriã. ⁊ ideo vitãda sunt eius obiecta. nisi quãtũ ratio ꝑsuadet ad detestationẽ vitiorũ ⁊ mẽtis pulchritudiez reformandã. ¶ Qui ℞o multis curis ⁊ solicitudinibꝰ distrahunt ⁊ cerebro pungunt gaudio sepe vacare debẽt ⁊ honestis solatys vt animꝰ refloreat ⁊ spiritus recreent.

## ¶ De nutrientibus. ſ. cibis ⁊ potibus. Cap̃.VIII.

Post generalia ꝙuenit spãlr loqui de nutrientibus ⁊ remedys ꝺ lapsus. Et inter nutrientia ꝑmo de cibis. ꝛº de potibꝰ. Sed qz ciborũ qdam sumunt in alimentũ. quidaꝫ ℞o in saporẽ ⁊ condimentũ. ideo prius erit sermo de alimẽtis. Quoꝝ quedã sumunt ex terre nascentibꝰ. quedã ℞o ex aialibus: ꝛz animalia dignitate prioza sint plantis: tñ qz mã sunt aialiũ: ideo ꝙ nutriunt ex eis. ideo terre nascẽtia prioza sunt aialibꝰ per nãm ⁊ rõne nutritiõis. ¶ Ex terre ℞o nascentibꝰ assumunt in alimẽtum gnqꝫ per ordinẽ. Primo. ſ. grana panifica/vt frumentũ/ordeũ/siligo/miliũ/auena/panicũ/⁊ riçuꝫ. Scõo legumina. Tertio fructꝰ. Quarto folia. ſ. olerũ ⁊ herbarũ. Quinto radices vt sũt porri ⁊ cepe ⁊ cetera q̃ sub terra suscipiũt incrementũ. Frumẽtuꝫ coctum.

¶ Frumentũ aũt coctũ frequẽtari nõ dꝫ qñ lumbricos multiplicat opilones generat ⁊ disponit ad calculũ in renibus ⁊ vesica. Et similiter pultes de farina frumenti: ⁊ quicquid fit de pasta frixa vel elixa. Et idem iudicium est de tri qõ vulgariter dicitur alatria. ⁊ de amido ꝛz sit leuius ceteris. Temperato tamẽ corpori nõ expedit istis vti. Et si forte dieb⁹ ieiuniorũ interdũ placuerit sumere condiant cũ multo lacte amygdalarũ ⁊ prius fortiter ꝙquant. Similia ℞o minus in ꝑdictis oĩbus est nociua. ⁊ adhuc colatura furfuris minus: quę si ꝑus cuꝫ multa coquať aqua: deinde cum multo lacte amygdalarũ erit i diebus ieiunioꝝ tẽperatis atꝙ cholicis cibꝰ leuissimꝰ. ⁊ ẽt vtilis. Colatura furfuris.

¶ Utilꝰ tñ erit ferculũ factũ ex ordeo mũdato prius cocto vsqꝫ ad rupturaꝫ. deinde loto cũ aqua frigida postmodũ pistato: ⁊ cocto cuꝫ multo lacte amygdalarũ vsqꝫ ad mediocrẽ densitatẽ. talis enim cibus est valde cõueniẽs patientibꝰ hemorrhoidas pulsantes. Herculum ex ordeo.

¶ Et simili mõ fieri dꝫ ferculũ ex auena mũdata si placuerit magis. ꝛz sit minus vtile. ꝙ predictũ. Herculum ex riçi.

¶ Ferculũ aũt ex riçi si fiat cũ multo lacte amygdalarũ semp est vtile corporibꝰ tẽperatis. Ad vitandũ tamẽ ventris constipationẽ vltimo debet sumi. Alemsta vitanda.

¶ In ꝑdictis oĩbus est cauendũ ne vetustate sint corrupta vel appropinquẽt corruptioni: ⁊ ideo farina ⁊ furfur ⁊ simula ⁊ tri que plus ꝙ septem mensibus fuerint reseruata vitari debent a corporibus tẽperatis atꝙ cholericis. Et amiduꝫ si plus ꝙ duodeciꝫ mẽses habuerit. Et riçuꝫ si plus ꝙ decemocto mensibus fuerit extra corticẽ reseruatum: ⁊ maxime in regionibus calidis. Generaliter ℞o cauendum est ꝙ si predicta omnia fumosi odoris percipiantur esse vel acuti saporis aut terrei semper sunt vitanda.

## ¶ De vsu panis. Cap̃.IX.

Panis aũt semp dꝫ esse mediocriter fermẽtatus: ⁊ paruꝫ salsus: ⁊ nequaꝙ farina ibibitus. Et ad euitandũ constipationem ꝑdesset vt sexta m vel septimã partẽ furfuris cõtineret: tamẽ cauendũ est ne sumať calidus vel induratus. Si ℞o necessitas vrgeret aliqñ vesci biscocto sumatur in ꝓncipio remollitum in pingui brodio siue fuerit piguedo carniũ aut dulcis olei oliua. aut amygdalarum. Et in diebus carniũ frusta lardi bacconis cum eo sumatur vel aliqua ventrem humectantia seu mollificantia. de quibus infra dicetur.

¶ De leguminibus. Cap. X.

Aquit iuuẽtutẽ seruare: ⁊ a senectute retardari: fit per ꝓseruationẽ virtutũ ⁊ spũz ⁊ caloris nãlis in suo esse ⁊ tẽperãtia: ⁊ ipsoꝝ ꝓfortatiõe ⁊ multiplicatiõe i eoꝝ defectu. Nã quãdiu ⁊ vtꝰ ⁊ spũs ⁊ calor nãlis nõ debilitant neqz pili canescũt neqz cutis corrugat: qm ex debilitate caloris inati declinãtis ad friditatẽ ⁊ siccitatẽ: ex q̃ nutrimẽtũ corrũpit: ⁊ mẽbroꝝ corrugatio ꝓcedit. Nã cibꝰ ꝓueniẽs ad qẽlz mẽbrũ digerit a calore nãli illiꝰ mẽbri. dũ igit ẽbilitat ille calor ab aliq̃ occasiõe corrũpit ille cibꝰ: ⁊ tũc accidit corrugatio cutis ⁊ canicies: vt pz in senibꝰ cũ sint fridi ⁊ sicci. Canicies aũt fit pp calorẽ nãlez: q a corpe diminuit senectutẽ. Senectꝰ ãt ifrigidat ⁊ exiccat. Jccirco est pauci sanguis. ⁊ vtꝰ ⁊ calor nãlis debilis in digerẽdo: q̃re aggregant bũiditates multe ⁊ bũores crudi. ⁊ iõ debilitant tres spũs in eis: ⁊ tres digões ⁊ dñat in eis ẽbilitas caloris nãlis. ⁊ ꝟ accidit ex cursu tẽpoꝝ: ⁊ ꝟ põt retardari: aut p accñs solicitudis tristitie ⁊ silẽtiz: ⁊ hoc ẽt amputari põt ꝑ alienationẽ ab illis q̃ faciũt eã ꝓtinuationẽ suipsius ad ꝛriũ: ⁊ cũ est cã morbi abscindere eã cũ rebus ad hoc ꝓpꝛys. ¶ Et senescẽtes qdẽ idigẽt calefactione ⁊ humectatione eq̃li ex cibis ⁊ potibꝰ ⁊ medicinis cõuenientibꝰ ⁊ exercitio ⁊ gaudio: ⁊ de ꝑseruatiuis additamentis ad vtutẽ est iulep. de vino: ⁊ çuc. ⁊ vltimũ ꝑseruatiuz q̃ vtutes sunt debiles: q̃ indigẽt q̃ ꝓfortẽt vtutẽ ex cibis ⁊ potibꝰ ⁊ spẽbꝰ odoriferis ⁊ medicis bũectãtibꝰ hãc prietatẽ: ⁊ hoc est occultũ. ⁊ cum sint bũditates corrupte: ⁊ bũores crudi aggregati in eis idigẽt q̃ extenuãt ⁊ exiccant bũiditates supfluas: ⁊ digerũt bũores crudos ⁊ fincerant corpus: ⁊ corrugatio: ⁊ veteraſcentia cutis indigẽt que abstergãt: ⁊ applanẽt ex oleis: ⁊ aquis ⁊ vnguentis ⁊ colorispulchritudo sicut ex eis q̃ laudabilẽ sanguinez gĩant: ⁊ q̃ cito digerunt: ⁊ per mũdificationẽ sanguis cũ rebꝰ ꝓprys: ⁊ que inueterãt ⁊ debilitãt calorẽ: ⁊ vtutes multaꝝ solicitudinũ. cure ẽt eũationes exqsite ⁊ flõmia frequẽs et bis similia: ⁊ istis succurrit cuz brodio pulloꝝ: quiete ⁊ somno: ẽt rebꝰ odoriferis ⁊ silibus. ¶ Et que gĩant flegma putriduz sunt sicut fructus/pisces/lacticinia/frumẽtosa medullata ⁊ silia. ex gbus gĩaẽ aquosus humoz ⁊ qui nõ digerit in mẽbris: quoꝝ generat canicie ⁊ cutis corrugationem: ⁊ nõ est accidẽs ita forte ad canescendũ sicut timoz desperationis ꝓpter totalẽ regressiuz caloris nãlis ad iteriora: maxime qñ in hoc cõicat cõplexio: ⁊ est apparatus. ⁊ inde est q̃ ꝑplures obuoluti maris fluctibus subito in pilis fiunt albescentes. Que ẽo fluctuationi obuiant sunt sicut granatoꝝ succus ꝓprie de pomis ⁊ boza sumẽdi exꝑsse: ⁊ auruz ꝑcipue ⁊ succus bozaginis ⁊ fumusterre spãlr viridis ⁊ purificatus ⁊ virtus raõ. plantaginis et silia. et illa gbus flegma putridũ subtrahit est sic mirabolani ꝯditi et aloe rosatũ et agaricus et silia. Et illud quo subducunt ꝓprie melãcholia et flegma putridũ inueterãtia boiez est ellebozus niger ꝑparatus ꝑ magisteriũ paucis netũ. nã in rectificatione malitiei eiꝰ est secretũ. ꝑ ipsuz nãqz bõ conuertit de mala ꝓplexione ad bonã/etiã acgrit reiuueneſcẽtia: lz nõ est ꝓ corꝑibꝰ delicatis et nobilis cõplonis. Jõ nõ figo sermonẽ meũ in ipso. ¶ Et ex eis que ꝓfortãdo ꝓsumunt est dianthos cũ çuc. cõditũ qõ ꝓprie ꝓsumit flegma et melãcholiam cerebri: et canos retardat et sensuz corroborat et vitã ꝓlongat maxime cũ de ipso in aqua vini cũ scia et sapientia facta et ꝑ gbusdã in vino ꝓprio calidũ ꝑ triduum dissoluaẽ decolaẽ et bibitũ cũ sapiẽtia: et quõ et sicut opz. Et sunt alia que hũanãt et actiuãt sicut diacameron et mirabol. chebuli cõditi ꝓprie ꝓsumũt flegmaticas supfluitates stomachi et cõfortant ipsuz et clarificãt sanguinẽ et valent melãcholicis et assiduatio ipsoꝝ cõfortat iuuentutez et facit reiterare adolescentiã et plõgat a canicie. Similr decoctio foliculoꝝ sene ꝓprie cũ diabozaginatis et sero caprino et que sunt bis silia. Et via habita ad senectutẽ caniciei accñtibꝰ et ꝓncipaliozibus rebus ꝓseruantibꝰ est euacuatio hũoris flegmatici cũ vomitu in vnoquoqz mẽse semel: et clystere semel in septimana: et ꝓprie de succo foliorũz mercurial. ebuli et sambuci et bletarũ cũ. ʒ. ℈. hierepigre qõ est secretũ magnũ. Et itez subductio cũ hierapigra vel cassiaſi. ⁊ cũ succo qdẽ roſ. ⁊ ex recentibus rosis tracto cũ çuc. ꝑparato est linimẽtũ bonũ nãe cũ sapiẽtia: ⁊ est ex medicinis bñdictis solonis cũ confortatione ꝓncipaliũ. i. oĩum mẽbroꝝ ⁊ ꝑmutat malã dispõnẽ calidã: aperit opilationes: coꝛ ꝓfortat et mundificat: et de laudibus eius est magnũ caplm. ¶ Et de rebꝰ cõsumẽtibꝰ hũores ad sentiũ ꝑparantes sunt spẽs tpate note vt gario. cinamo. ligritie et silia ꝓprie tñ qñ incorꝑat virtus eoꝝ in bono vino et lymphatũ sumit. et pillule qdẽ mitine q̃dã sunt note bonitatis in ꝓseruãdo sanitatẽ et vitã: q̃ opponunt se putrefactioni: rectificãt et fincerãt: qõ iam putrefactioni vicinaẽ. Et inde est q ex rebus de gbꝰ cõponunt cõdiunt corpora mortuoꝝ et nõ putrefiunt. Predictũ aũt vinũ specificatũ cũ recipit ꝑ oĩa diffusum membra deportaẽ et cõfortatur super exiccãtẽ superflue humiditatis. Silr vsus pulueris earũdẽ spẽꝝ in cibis est de rebus cõferẽtibus. In sicca tñ habitudine opus est: vt cum eis temperata cõmiscantur sicut sunt succus granatorũ aqua rosaꝝ/çucchaꝝ/liquiritie/passule et hõ. diacameron ẽo digõnẽ confortat seu reparat: et trifera silr ꝑcellit illud declinãdo versus calidita tem. in debilitate aũt caloris naturalis et corruptione cibi que ꝓuenit in mẽbris que supueniunt ex cholera putrefacta: accidit corrugatio ⁊ senectus sicut in scabiosis appa-

Julep de vino.

Que generant flegma putridum.

Que flegma putridũ subtrahunt cum melãcholia

Que ꝓfortãt ⁊ cõsumunt dictos hu.

Vomitus

Clystere secretum.

Spẽs cõsumentes hu. ꝑparãtes ad senium.

ret corrugatio mẽbri ⁊ dispõ senectutis ⁊ recedẽte scabie iuueneſcit: ⁊ ꝓprie aurũ preparatũ. Jdeo valent leprosis preſertim ⁊ vinũ granatoꝝ ⁊ ſiſia. ¶ Uino quoqꝫ granatoꝝ quocũqꝫ mõ ſumpto ꝓprietas eſt humores extenuandi ⁊ extinguẽdi calorẽ epatis: ⁊ luna libera caloris offenſa cõfortare: ⁊ ꝓprie confert epaticis: ⁊ cardiacis: ⁊ os ſtõchi: ⁊ cor cõfortat. ¶ Rebuli aũt cõditi in vtraqꝫ frigida ⁊ calida cura valent ⁊ ſtõchũ cõfortant ⁊ ſupfluitatẽ eius deſiccant. Jterũ melãcholicos iuuãt: ſanguinẽ ⁊ ſpũs clarificant. nec eſt res que loco eoꝝ ſtare poſſit. ¶ Et vinuꝫ gdẽ borraginatũ tpe vindemiaꝝ factũ: ⁊ eſt vinũ cardiacis aut maniacis ⁊ melicis ꝓueniẽs. mũdificat enim ſanguinẽ: ⁊ aufert ſuſpitiones malas: ⁊ totã regitiuã virtutẽ cõfortat ⁊ oi corruptioni ſe opponit. ¶ Et electuariũ de gnqꝫ mirabola. ſm receptã paucis notã in viã ꝓſeruationis ſanitatis ⁊ ꝓlongationis vite: ⁊ reiuueneſcẽtia eſt res ꝓbata ⁊ ꝓfecta ⁊ donũ electũ vite. Nã ſtomachũ ꝓfortat: ⁊ adaptat ⁊ aque ſupfluitatẽ a nutrimẽto ꝓterito remanentẽ purgat ⁊ vſus eius caniciẽ retardat: ⁊ ad decrepitã etatẽ venire facit nutu dei. ¶ Et carnes viperaꝝ ꝓparate ſunt bui⁹ generis: ſed mihi nõ placent ꝓpter illud qõ accidit in erroꝛe recolectionis eaꝝ. ¶ Jterũ ẽt de genere vtilitatis ſunt ſuffumigationes de rebus cõpetẽtib⁹ ſm neceſſitatẽ ꝓueniẽtes. ⁊ balnea ꝓprie tẽpata ſine exuberãti ſudore: ita vt mũdet ſolũ cutis ⁊ mundet a ſorde aggregata. pozi nãqꝫ aperiunt ⁊ humiditates ſupflue deſiccant. ¶ Uſus nãqꝫ vini in quo reſoluunt predictarũ rerũ virtutes cũ aqua temperata in ſua boza perforabit occultos meatus corpis ⁊ humiditatẽ ſuperfluã deſiccabit ⁊ cõfortabit mẽbra interiora ⁊ deopilabit deopilatione pfecta: qõ eſt ſecretũ magnũ. deopilatio nãqꝫ facit currere ſpũs per mẽbra ⁊ vigere in corpe calorẽ nãlẽ. Opilatio ẽo ẽriuꝫ operat. Calor aũt naturalis cõculcatus debilitat: ⁊ nõ põt ſeparare purum ab impuro quare humiditas ſuperflua putrefacta crementũ hz. vnde ⁊ carnis ⁊ cutis corrugatio ⁊ ſenectus feſtinant. Sciat aũt hoc qõ huic ſuccurrit ipedimẽto vſu vini predicti aut alterius rei ſilis opationis. ⁊ qz virtus eaꝝ rerũ reſoluta in vino nõ effrenat calorẽ nãlẽ in cõuertendo ⁊ diſſoluendo quẽadmodũ qñ cũ ſuba recipiunt ſunt de bominib⁹ qui eũdẽ modũ ſeruant in acceptionibus medicinaꝝ laxatiuaꝝ ⁊ ꝓſperanꝫ ⁊ cauẽt ꝓpter hoc erroꝛ effrenitatis eaꝝ. hoc eſt vnũ ſecretũ magnũ: verũ. Jn operatione eſt vnũ ſecretũ magnũ: qz ignis adurit ⁊ imutat ⁊ reſoluit de virtute ⁊ operatione rerũ ipſaꝝ ſicut in decoctione ſyrupoꝝ ⁊ electuarioꝝ. verbi gra. eſt cũ ellebozus in vino permanſerit ſit potus vomitiuus. Et eſt qui vidit ponere ſaccũ cũ puluere ſuo in vino die vna q̃ vinum illud ſumptũ facit per vulnus duci ſanie vſqꝫ ad mundificationẽ ⁊ curat curatione perfecta. ſed ſapientes antiq occultauerunt hoc ſublime opus medicinaꝝ euacuauerũt omnes libꝛos artis ab hac intentione. ⁊ hec ſufficiãt dicta circa hũ.

Uini gratia toꝝ ꝓprietas.

Rebuli cõditi.

Uinũ boraginatuꝫ

Electuaꝝ de gnqꝫ mirabol'.

Carnes viperarũ.

Suffumigationes ⁊ balnea.

Vinũ infuſionis.

## ¶ De retardatione ſenectutis ⁊ reiuueneſcẽtia acquirenda. Cap. II.

Si voluerit vere retardare ſenectutem ⁊ reiuueneſcẽtiam habere vel acquirere ſit ſolicitus de rebus generantibus ⁊ clarificantibus ſanguinẽ laudabilem ſpiſſuꝫ: qñ q̃diu ſanguis calidus ⁊ ſpiſſus pinguis ⁊ viſcoſus pmanet canicies retardat. fit ẽo cõtrariũ cũ ad aquoſitatẽ declinat ⁊ frequẽtatio rerũ ſanguinẽ mundificantiũ aſſecurat a feſtinatione caniciei. ¶ Tota aũt cautela regiminis cibi: ⁊ potus ſit vt oĩa ſm ordinẽ: ⁊ tps ⁊ debitã quãtitatẽ adminiſtrenꝫ ⁊ laudabilis ſemp digeſtio fiat. Jn digeſtione autez eſt radix intentionis. Et indigeſtion e qdẽ ſi ex laudabilib⁹ fiat aſſumptis ſanguis corrũpit ⁊ humores ipuri generant. bonitas aũt digõnis ⁊ cõſeruatio vite cõſiſtunt ꝓmo in aere qui totũ attingit ⁊ motu ⁊ quiete ſõno ⁊ vigilia cibo ⁊ potu in debita ꝓpriatione ⁊ moderata exhibitione ⁊ neceſſaria expulſione ſupfluitatũ: ⁊ nõ ptermittere cõſuetudinẽ ⁊ hoc ſm canones diuulgatos in arte. ¶ Et eſt ſciendũ q̃ innouatio ⁊ ꝓfortatio cutis fit cum potatione aque auri puriſſimi ꝓprie. ipſa nãqꝫ allopiciã curat ⁊ tyriã ⁊ tranſmutat corpus humanũ ſincerat ⁊ innouat ipſuꝫ ⁊ virtus multarũ rerum appꝛoximat huic operationi: ſed ipſa eſt que ꝓdictũ miraculum facit ⁊ que nõ corrumpit ⁊ complexioni humane eſt quenies: ⁊ neqꝫ calefacit neqꝫ ifrigidat neqꝫ humectat neqꝫ deſiccat. imo oi eſt tẽperamẽto tẽperata oẽmqꝫ rem excedentẽ in tẽperãtia et pennitate quã hz: ẽt ſubuenit ſtõcho frigido timoꝛoſos facit audaces: cardiacos cõfortat. valet cõtra melãcholiã ⁊ allopiciã et calorẽ nãlem confortat et tẽperat: in qbus nõ eſt res aliqua que ſtare poſſit loco ei⁹. et virtus ei⁹ in ſua manifeſtat ſuba q̃re eſt in ea caliditas. ideo clarificat: et in ea eſt magna tẽperantia: ideo magnũ tẽperamẽtũ efficit ſuper oẽm rem: et ideo eſt perennitas. ideo cõſeruat corpus humanũ et in ea eſt aſſimilatio complexioni humane: ideo incoꝛporaꝫ ſi preparet vt decet: et in eius ꝓparatione eſt totũ ſecretuꝫ qõ ſapientes ꝓp inuidiaꝫ occultauerũt. Cõfirmat aũt et ſincerat cordis ſubaꝫ ⁊ ſue puritatis impreſſione oẽm deycit impuritatẽ ab eo: et tuet illud ⁊ clarificat ſpirituũ ſubſtãtiã et mouet ſang. ad cutiꝫ et inducit pulchꝛitudinẽ iuuenilẽ et abſtergit abſterſione leui. Et extraneus modus reiuueneſcentie eſt: vt per abſtinentiã et ſubductionẽ cõuenientẽ deueniat quis ad vltimã extenuationẽ: deinde cuꝫ laudabilibus nutriẽtib⁹ reficiaꝫ. hoc aũt ſeruaꝫ apud eos qui boues impinguant: quoꝝ caro quanto magis macreſcit ⁊ deficit tanto magis intenereſcit et iuueneſcit. Exemplũ zm eſt in cõualeſcentibus iam reſumptis. ¶ Poꝛro de ſignis appꝛoximatiõis ad ſenectutẽ eſt inherentia obliuionis. et huic diſpoſitioni obuiatur cũ vſu pulueris piperis longi et cymini. aã. ꝓtes. y. gariofi. ptem. j. ꝯcchba. ad quãtitatẽ totiꝰ: et cũ vſu diantheos et ſubductione: et dieta cõuenientibus: et in tpe epidimie et peſtilentiali ꝓp corruptionez que eſt in rebus ex qbus obuiatur cum pillulis aloeticis: vel myrtinis ſupius dictis. Et qñ accidit aeris malitia ex corruptione aut vicinatione putrefactionis aut flatus fetidi: et nõ eſt tale ſicut cõuertere ſe ad ea que ad acetoſitatẽ declinant et ſtiptici-tatez habent. Et iam Auençoar teſtificatus eſt in libꝛo ſuo q̃ aduicinatio cattoꝝ et flatus eoꝝ inducit pulmonis putrefactionẽ et phthiſim: et eſtimo q̃ accidat ꝓpter coꝛroſionem complexionis eoꝛuꝫ: quoniam flatus eoꝛum fetet multũ. et flatus qdẽ bois corruptioni attinẽs eſt õteſtabilioꝛ ꝓpter cõplonis ſimilitudinem magis inficiens. Jdeo ad cautelã obſeruandã in dominis eſt vt ab oꝛe loquẽtiuꝫ auertant faciez et dent aurem: et in aeris ꝓpterea malitia cõſeruatio eſt rectificare ipſum per imutationẽ loci et elõgationẽ ab eis et bonoꝝ odoꝝ vſu: et ablutio aceti et vini circa os et nares aſſecurant ab hoc multum. ¶ Similr et defectio auditus ꝓuenit ſenectutẽ: et eſt q̃ minoꝛatur in corpoꝛe cholera que inſtrm auditus aquoſaꝝ ſuperfluitatum materieꝝ alleuiabat. et in ſenibus multum excreſcit de ſupfluitatibus indigeſtis ꝓp calorꝭ innati minoꝛationez. ideo mũdificationes faciende ſunt capiti cuꝫ bis que neruos mũdificãt calefaciẽdo vt agaric⁹: et allia ẽz q̃ neceſſitas fac. Et pillule auree ſũt ꝓpe exercitiũ ⁊ itromiſſio in aurẽ õ gñe coꝝ q̃ ad opõnẽ repant mẽbꝝ ſenſus ſic olꝫ amygd. amaraꝝ cũ vꝛia pueri et lacte mulieꝝ: vl cũ ſucco cucu. agreſtis ⁊ ſiliꝫ ⁊ ꝓocatio ſõni comeſtiõi vicino et cauere a repletiõe: et alys q̃ iplent caput vapoꝛe. Jtẽ in q̃

Aqua auri puriſſimi.

Allia extenuatiua deinde refectio bona

Obliuio minuat ſenectutẽ

Alia corruptiua

Defectio auditus ꝓuenit ſenectutem.

busdã euacuatio cholere multiplicate: vel iam mote ⁊ retente sunt de bona consideratione medici ⁊ periti in arte.

¶ Defectus autez appetitus gñationis ⁊ minutio est de signis ꝓnosticantibus senectutẽ: ⁊ iuuant ꝓprie cũ his cum gbus augenť: ⁊ cõfortanť calor: ⁊ spũs: ⁊ humores: ⁊ ex gbusdã alys: quoꝝ taceo rememoratione ꝓp pudicitiã.

¶ De his que iuuentutẽ inducunt. Caꝑ. III.

Defectio deniqz ⁊ bilaritas aie nãm excitant ⁊ iuuentutẽ inducũt clarificant sanguinẽ: ⁊ per venas ipz currere faciũt. Exhilaratio gdẽ mouet ex singulis que delectationẽ occupationis inducũt siue interi⁹ siue exterius siue sit oium sensuũ siue vnius ⁊ cõtrariũ faciunt que contr istant. Tristitia eniz ossa desiccat: carnẽ eliquat: cõturbat spũ m: ⁊ corrugat cutem.

Vinũ croceatũ ⁊ buglossatuz.

¶ De afferentib⁹ ño letitiã ⁊ auferẽt ibus melãcholie dispõnẽ est vinũ croceatuz ⁊ vinũ buglossatũ: in quo radices bñ lote extiterint die ac nocte vel syrupus eius: ⁊ vsu eius ab amentia ⁊ pmistione ⁊ alienatione rõnis curate sunt. Et sedes quidẽ caloris est in corde ⁊ qñ excedit a tẽperamẽto diminuit ⁊ debilitať: ⁊ hõ pigrescit ⁊ senescit.

¶ Que aũt calorẽ nãlẽ minuunt sunt oia que flegma putridũ generant in stõcho: ⁊ que minuunt virtutẽ ⁊ spũs sunt que infrigidãt ⁊ digõnẽ corrumpunt: ⁊ ois egritudo ⁊ imũdicies corpis ⁊ accũtia aie ⁊ ois fetor ⁊ aspectus malus: ⁊ ꝗdiu retinet calor nãlis in corpore tẽperatus ꝑseuerabit sanitas: ⁊ obseruabiť habit⁹ iuuentutis.

Diamastix. Diambra

Et accidẽtib⁹ ex melia: ⁊ tristitia sine cura vltim est diamastix ⁊ diambra ipsaꝝ quelibet melancholicis cõfert dispõnib⁹: ⁊ bonũ colorẽ acgrere facit: lumen acuit: ca nos retardat: mentẽ sincerat: ⁊ digõnẽ adaptat: ⁊ ꝺ ceteris que tẽperamẽto equali calefaciunt ⁊ humectant est vinuz

Perla.

tẽperate cõplonis. ⁊ perla gdẽ est tẽperata tẽperans: ⁊ cõfortans calorẽ nãlẽ ipsa ꝓfert cardiacis ⁊ timorosis ⁊ sancordis ꝓprie clarificat in qua vidi quosdã eliquasse ⁊ egritudines multe ex eis curate sunt. Sed illud cui nõ est par

Sal minerale.

est sal de minera ⁊ sapientes assimilauerunt ipsuz ꝓparatuz calori nãli sane adolescẽtie: ⁊ ꝓpter banc silitudinẽ vsi sunt sapientes ⁊ appellauerũt lapidẽ noie aialis. Alij chifir minerale: ⁊ a gbusdã vocata est medicina pennis ⁊ aq̃ vite ⁊ totũ ingeniũ ꝓparationis est gꝙ in aqua purissima ⁊ potabili reducať cũ rebus que non extraneent ꝓprietatẽ eius.

Preseruatio dispõnis stõchi optima. Satietas nauseatiua pessima.

¶ Amplius iam dictũ est generaliť gꝙ sapiẽtes in artis cõsideratione dixerũt illud esse ꝓncipiũ in cõsideratione nõ ꝓperandi ad intempestiuã senectutẽ ⁊ mortẽ festinã. imo cõtinuãdi sanitatem bonã videlicet preseruare stomachi dispositionẽ: qz ipsa est radix illoꝝ. ⁊ cũ debilitať ⁊ impedit stõchus in opõne eius oẽs alioꝝ mẽbrorũ virtutes senescunt ⁊ apocopanť: qñ debilitas stõchi oẽm cõplonis malitiã facit bereditare. Et de bis que nequiora sunt ei est satietas nauseatiua. ⁊ iam ꝓbatuz est gꝙ nã minimis est cõtenta: ⁊ de rebus magis nociuis stõcho ex repletione experimentuz verificat illud quotidie in bis qui se deo in solitudine dedicauerũt: ⁊ in quib⁹ necessitas eos ad hoc ꝓducit: qñ in paucitate ⁊ simplicitate assumẽdoꝝ ꝓficiunt magis in tpe ⁊ perseuerãt magis incolumiores.

Simplicitas assumptoꝝ bona Diuersitas pessima.

⁊ iam Seneca inducit gꝙ multi coci fecerũt multas egritudines.

¶ Et in cibis gdẽ: ⁊ in potibus ⁊ medicinis quanto res que illud ingrediunt tendũt ad simplicitatẽ. amplius in melius cõmutãt: ⁊ qꝺ vꝛ deterius stomacho ⁊ magis agrauat stõchũ est diuersitas assumptoꝝ ⁊ maxie ꝛiarum dispõnũ ꝓpter inequalitatẽ sumptoꝝ: ⁊ malitiaz coctiõis ⁊ trãsubstãtiationis in eis. ⁊ ordo etiã iuuat in boc ⁊ nocet. Et illud gdẽ qꝺ in gulosis reprobabilius est multũ etiaz: ⁊ si obseruantur cõditiones: remediatio in eis est semel in die comedere.

¶ Et in oi gdẽ repletione nõ est ita sanum sicut abstinẽtia. In ipsa gdẽ calor nãlis resurgit cõfortať: ⁊ nõ desinit agere in id qꝺ euasit a decocttone donec quertať et digestũ fiat. porro ⁊ epar cõicat in errores stõchi in bonitate ⁊ malitia. silr ⁊ splen vtplm gdẽ ſm cõem cursuz qꝺ accidit ei de ipedimento operationis eius est opilatio: qñ opilationes sunt de materiebus egritudinũ eius: ⁊ babens eas fit pauci san. ⁊ corrupti coloris ⁊ occurrit eis cũ incisiuis ⁊ aperitiuis ⁊ absterſiuis in cibis ⁊ potib⁹ ⁊ medicinis: ⁊ de meliozibus rebus in boc casu ex oi via est syrupus dictus diaglon de gnqz reb⁹ ⁊ subductio cum bierapigra de. xvj. rebus soluta in decoctione cõi in qua dissoluať: ⁊ cõmisceať de cassiafi. ⁊ gꝙ colatura bibat.

Abstinentie repletioni optima.

Splenis rectificatio nõ est ꝓtermittenda.

¶ Et splenis gdẽ occasio nõ est ꝓtermittenda cõsiderationis in bac via. ipz eniz est torcular sang. fecis ⁊ adustionis eius ⁊ qñ debilitať in mũdificatione illius supueniunt corpi egritudinũ gñia melãcholicarũ et cõtristatio. et qñ cã necessaria facit ipsuz impediri in mundificatione ipsius: spũs in grossanť et accidit epatis: et toti corpi arefactio: et extenuatio et paucitas sang. imo bu. maloꝝ repletio: et facit peruenire patientẽ ad hydropisim ex errore digõnis scõe: et ad

Cõferẽtia splenetici

grauitatẽ motus et colorẽ plumbeũ vel citrinũ cũ macrefactione totius corporis. imo penitus dispõ ipsa fugat decorẽ iuuentutis.

¶ Illud aũt cũ quo iuuať spleneticus est cũ rebus absterſiuis et incisiuis in gbus nõ est multitudo caliditatis: sed ad acetositatẽ et stipticitatẽ et amaritudinẽ sint declinantes: et in somno est assiduitas regiminis subtiliatiui in via curationis et preseruatiõis: et de preparationib⁹ ſm semitã medicine familiaris sunt minutio debita et mũdificatio cũ his que melancholiã trabunt. Et nõ eligitur supra puluerẽ radicis scolopen. ⁊ decoctionis gramis cũ syrupo acetoso cũ radicib⁹ et decoctione raꝺ. cappa ris in aqua frigida: et bꝺ et de vnctionib⁹ super oleũ sambucinũ.

Mue vtficant colorẽ nãle

¶ Iterũ et illud nõ est ꝓtermittendũ in via curationis oẽ illud ex quo calor nãlis vivificať: et illa sũt exercitiũ tẽpatũ et fricatio moderata et bꝺ. Exercitiũ nãqz est quo calor innatus reuocať corpis leuitas et fortitudo acqritur: et res magis ꝓhibens a repletione et coaptat mẽbra ad nutritionẽ et augumentũ bonũ: et facit ea operatiua et assecurat ab accidẽtibus multis. Ociositas aũt flegmaticos et accrescere facit humores et calorẽ et spũs pigritari: et ad maciez et pellis corrugationẽ peruenire: et ꝓparant ad senium: ⁊ fricatio ẽt est pars eius. fricatio gdẽ extremitatũ est ex eis que calorẽ innatũ viuificant et materias ab interioribus ad extremitates trabit et mẽbra ꝓncipalia a multis assecurat infirmitatib⁹ et passionib⁹. fricatio autez cubitoꝝ donec scabiosa fiant et cõseruatione rupture pellis in eis cõfert visui et actionibus oculoꝝ. spine ño dorsi cerebro et cordi et alioꝝ mẽbroꝝ illis ꝓncipalibus cũ quibus ſm sciam anathomie maiorẽ bñt colligantiã. Et ipse gdẽ fricationis actus intrat in intentione decoratorum et reiuuenescentie: ex eo gꝙ per eã adducitur ad superficiẽ loci sang. et implet cutis eo et extendit et pinguescit ⁊ rubescit: ⁊ tẽpus ad hoc cadit celebrata ꝓprie digõne scõa. Et ad summũ est oẽ illud intus receptũ: vel exterius applicatũ quo ad superficiẽ sanguis trabitur intrat hoc caplm: et de bis ꝓprie causatus. Illud aũt qꝺ per fricationez intenditur est superfluitatũ resolutio que in musculis continenť que p exercitiũ absqz fatigatione resolui nequiuerũt: q̃re ⁊ debiliozib⁹ sunt meliores. ⁊ ad vltimũ est gꝙ oẽ exercitꝫ gen⁹ oisqz aialis ⁊ corporalis act⁹ fiat cũ tẽperamẽto ⁊ discretione ſm debilitatis ꝓportionẽ ad qꝺ expedit. Est. n. ineq̃litatis tẽperãtia sanitas ⁊ vita.

Expellentia cogitationes ⁊ tristitias.

¶ Que aũt cogitationes ⁊ tristitias expellunt sunt rememoratio ꝓpheroꝝ sapientũ ⁊ ꝓspectus sacroꝝ cañ. ⁊ audire dicta seu gesta ꝓphetarum: ⁊ conuertere interduz intellectuz et sensum ad illud in quo

anima

aia delectaꝫ cū sobrietate:ꝛ de exptis est portare sup se de lapi.calamite cū crocc:ꝛ pro stōchi malitia hꝫ corallū suspensuꝫ supra os stōchi est res certa.ꝛ recipere in mane ieiuno stomacho.ʒ.j.aque vini ꝯ succharate nō pmittit tristitiā incurrere ét retardat senectutē ꝛ canos ꝛ iuuenescere facit.Silr degustatio passularū in ieiuno ꝓficit ad viā iuuenescētie ex eo ꝙ digōne efficiūt meliorē ꝛ minoraꝫ ex eis flegma:imo addūt in epate ꝛ ipinguāt ipm qñ amice sunt stōchi ꝛ epatis ad gliandū sanguinē coctionē ꝛ spissiores:ꝛ cū sumunt post cibū habilitāt ꝛ humectāt vētrē. ¶ Sciēdū aūt ꝙ in medio est virt⁹.Expedit aūt vt eoꝝ que sumūtur nō declinet nā ad vicinitatē extremoꝝ que sūt subtile ꝛ grossū aut in saporib⁹:lꝫ iterdū expediat.ꝛ calidiores q̄dē vētres hūtiū nā quecūqꝫ dura difficilia ꝛ mutabilia melius ꝙuertit:ꝛ vtiliora sunt quecūqꝫ delectabili⁹ recipiunt: q̄uis min⁹ fortia ꝓcedēda.Et in ordine coꝝ hora sumēdi ea opꝫ vt quota recipiaꝫ.Silr post desideriū ꝛ affectib⁹ cōuenientē expressionē:ꝛ cū desiderio dimittaꝫ:ꝛ non semꝫ tolerēt famē.ex hoc aūt stōchus pascit humorib⁹ putridis: ꝛ ét regio tps ꝛ hora cadūt in hac ꝓsideratione ét vires. Nichil aūt malign⁹ q̄ꝫ super indigestū cibuꝫ crudū cibi ꝛ pot⁹ quicq̄ ponere. ¶ Et opꝫ hoiem nām suā nō ignorare ꝛ tēperare ꝓ iuuātia ꝛ nocētia ad deueniendū in cognitionem suiipsi⁹.nam cū de hac re certificat⁹ fuerit:ipse sub his sibi ꝓuidere poterit.vnusquisqꝫ aūt quāto manifesti⁹ inclinat versus aliquē lapsuꝫ tāto ampli⁹ ad illud qō eiusdē lapsui opponiꝫ faciat additamētū:vt ille in quo supest flegmaticus sāguis:ꝛ aquosus fit in administratiōe subtilis cibi calidi facilis nutrimenti ꝛ pauci:ꝛ sic de alys.ꝛ superbibere aquā cibo nondū distributo malū.Uinū aūt peius:qñ facit penetrare cibū añ debitā coctionē ꝛ icurrere opiliones. ꝛ sunt de hoibus qui in medio comestiōis suscipiūt frustū ad medie quātitatē sabe ex aloe bono per se:vel cū masticē iniuncto:ꝛ est in eo vētris beneficiū:sanitatis cura ꝛ iuuētutis ꝓseruatio.ꝛ ad sūmū est paucitas in vice ꝛ alternatiua diuersitas in tpe ꝛ in reb⁹ nutribilibus excusat a multis que igrediunt hoc capm de adiutoꝝs extraneis.ꝛ fames qdē saporē facit ꝛ diuersitas colluctaꝫ:vt non fiat excrescētia ꝓceptibilis lesiōis. ¶ Et de ꝑparamētis que viā decoratiōis ingrediunt sunt sicut ea que mundificāt ꝛ clarificāt ꝛ abstergūt ꝛ leniūt:ꝛ de illis est ꝙ accipiaꝫ spuma mellis ꝛ spuma clari ouoꝝ ꝛ pmisceaꝫ i vino cū quātitate qua sufficit ꝛ lauetur sero sine absterſione.de mane ℞o lauet cū aqua ordei ablactata cū lacte amygdalarū ꝛ est nobile ꝛ bonum ꝛ nō approximet aqua ros.neqꝫ cāphorata ad faciē:qñ gīat canicie in pilis. ¶ Itē vnguentū cāphoratū ex radice lily cocta cū melle clarificat ꝛ applanat cutim ꝛ rugas cutis. ¶ Itē vinuꝫ in quo dissolutū est de sale tartari negatū quātuꝫ sufficit ad absterſionē calcinati ꝓs in aqua dissoluti ꝛ ꝓgelati est mundificatiuū bonū.Et ablutio quidē capitis cū lixiuio facto ꝓprie cū cinere peduꝫ cauliū decoctionis camomille ꝛ foliorū myrthi ꝛ florū rorismarini: confortat cerebrū:ꝓfirmat radicē pilorū ꝛ non pmittit canescere.Et simil⁹ qñ in lixiuio bulierūt folliculi señ.ꝛ sticados ꝓfortat cēbrū ꝛ abstergit hūidi⁽em⁾ subcutaneaꝫ ꝛ ꝓhibet caniciē. ¶ Et mot⁹ qdā tpal⁹ supplet vicē exercitij ꝛ caloꝛē excitat ꝛ efficit fortiorem .ges aūt oino cauenda est ꝓp suffocationē caloris nālis ꝛ ꝓuationem viuificationis ipsi⁹ in ea.ipsa qdem humectat ꝛ remollit:ꝛ est via qua velociter deueniꝫ ad senectutē.ꝛ ꝓsonis quietis ꝛ occupatis melius exercitij gen⁹ est deambulatio frequens ꝛ vicissitudinaria icuruatio ꝛ directio oīonis cura:ꝛ ascendere versus altitudinē locoꝝ ꝓprie vel alterius spēi laboris se exponere:maxime stōcho a cibis exonerato:ꝛ vsq̄ ad sudoris cōmotionē.nam cū hoc ꝙ caloꝛē euigilat ꝛ quietas adducit facit vētositates:deponi facit superfluitates. ¶ Amplius de cōplexione ad senectutē declināte ad cholericaꝫ habitudinē ſm ꝙ pole est faciēs clongari a se in ꝓparatione.cholerica nāqꝫ dispō ab affinitate senectutis tpamētū recipit.ꝛ ꝓpterea cholerici post etatis statū in meli⁹ vitaꝫ cōmutāt:ꝛ pre alys eqdē nālis cūatiōis actib⁹ frequētuosa viri ꝛ mulieris carnalis copula est nociua ꝛ perducens ad senectutis dispōnes:ex eo ꝙ ipsi⁹ abusione trāsducitur multū de spiritib⁹ ꝛ caloꝛe nāli:ꝛ cuꝫ hoc excitāt vapores putridos ad superficiem cutis.ꝛ inde est ꝙ infectis iterdicit: ꝛ ꝙ muli fortiores ꝛ lōgioris vite sunt eqs.qñ nō cocūt.

**Similiter** ꝛ cerebri:in quo est habitatio spūs aialis: dispō nō est paruipēdēda:ꝛ ipsi⁹ qdem habitudo iterdū disponiꝫ ſm stōchi dispōnē:ꝛ vtplurimū ſm creationē sui.ꝛ q̄diu mēbrū facit sibi opōnē nālem a deo bñdicto insitā est sanū:qñ infirmitas ꝛ debilitas non est nisi ꝓprie opōnis:ꝛ debite lesiō:ꝛ ab ista regula pēdet cuiuslibet hois magna puisio in ꝓueniēdo cuꝫ his que opꝫ lesionis ꝓfirmationē:aut.vꝫ.cū cessatione ab eis que nocumentū faciūt vel remotionē nocumēti ipsi⁹.Et scia ꝓnosticationis hic hꝫ locū silr ꝛ notitia curationis:ꝛ vt nō recedatur a breui cōtextura canonum ſm ꝙ in alys capitulis hui⁹ libri est obseruatū.Sed ad illud regimē auctoꝝ precipue mentis oculū habeat ꝙ medicaꝫ ꝓput pole fuerit quātuꝫ a solita sua ꝓsuetudine recessum est in singulis opationibus suis:ꝛ ꝙ ꝓpter hoc future nouitatis accidere pōt:ꝛ hec imaginatio erit pducens in cognitionē cāe mobilitatis ꝛ ꝓnosticationē future successionis estimationē ꝛ curam. exēpli grā.nondū hñtes epatis opilationē vel renuꝫ egrediebaꝫ vrina libera substātiosa.iam ℞o facta egredit subtilis ꝛ decolata.merito igit subtilis ꝑsumit ꝙ in vys illarū partiū per quas vrina trāsit est alicui⁹ ipedimēti occasio:ꝛ hec est ꝓsuete opōnis lesio:ꝛ ex hac via scit:qñ extenuatis nisi cū sit ex rarefactione in via cure est insistēduꝫ. ꝛ ꝓnosticationis presagiū haberi pōt ex successione nocumētoꝝ ex opilone ꝓtingentiū:qñ san.nō mundificatur ab aquositate sua.ꝛ qñq̄ incidit in hydropisim ꝛ epar impeditur in san.decoctione ꝛ ꝙuersiōe bona:ꝛ fit malus color: ꝛ i digestio:ꝛ nō nutrit corpus nutrimēto bono:ꝛ ꝙ refundū in epatis subaꝫ spfluitates ipure.vñ timent egritudines plures que apte sunt illi dispōni. ¶ Jam ergo digressione nō absq̄ vtilitate facta regrediamur ad narrationē ꝓmaꝫ:ꝛ dicam⁹ ꝙ cerebri suba est creata frida ꝛ humida: ꝛ pp hoc in plerisqꝫ aggregatur plurimū circa ipm de flegmate:maxime in q̄bus alia mēbra ꝛ nā ꝛ oditio eoꝝ que in vsu habent in hoc cōicant.ꝛ ideo in magis dispositis ad hoc citi⁹:in singulis ℞o capitis ꝛ faciei pilis tēpestiuius q̄ꝫ in aliaꝫ corpis ptibus albescētes fiunt ꝛ apparēt vestigia senectutis:ꝛ in sūma:tota qdeꝫ ꝙuisio est in minoratiōe ét in correctiōe eoꝝ que ad curā addunt:ꝛ est subtractio flegmatis ꝛ alienatio ab his que gīant illud:ꝛ in timporib⁹:ꝛ in anteriori pte faciei pili citi⁹ canescūt:qñ illuc plus aduenit de vapore crudo que mā caniciei habili⁹ subtiliaꝫ ꝛ penetrat in radices ꝛ suba pilorū ipsoꝝ:ꝛ cōplonē qdem cerebri ꝛ ei⁹ dispōnē opꝫ sciri ſm ei⁹ circuitatē.ſm ℞o cōmunitatē ipsi⁹ accipiūt narrationē ab eis que sunt ex gīe opōnū sensibiliū aialiū motiuarū ꝛ nāliū figure passionū ꝛ mēbroꝝ q̄ cū ipso hñt cōicationē:ꝛ i hoc est scia magna. verū enimꝫ q sciuerit dispōnē:ꝛ ꝓtias actiuarū ꝛ passiuaꝝ q̄litatū simpliciū ꝛ cōpositarū nō est de illis difficile diu dicare. Hoc aūt sciendū ꝙ somn⁹ mult⁹ est signū flegmatis multi.ꝛ ipse qdē somn⁹ qui est oium sensuū ꝛ animalis ges virtutis plurimū flegma nutrit:ꝛ cholerici qdē ꝛ acuti intellꝰ ꝛ ꝑcipue adusti sunt pauci somni multaꝝ imaginationū ꝛ acuti intellꝰ ꝛ tarde icanescentie ꝛ audacie magne:

Passula

Nō nō dꝫ ignorare nāꝫ suā.

Aloes in medio cibi.

Clarificatia cutis ꝛ applanā⁹.

Motus

De ꝓpone ad senectutē ꝛ cōtinante.

Cerebri dispō cōsideranda.

In timporib⁹ ꝛ in anteriori pte faciei pili citius canescunt.

gbus in iuuentute accidũt egritudines timoroſe:ſed ſi tpe cbulliẽtis etatꝭ coꝛ cuaſerint fiũt lõgioris vite ⁊ ſane pleue ratiõis.⁊ ois gdẽ ſiccitas a putrefactiõe ⁊ coꝛruptiõe elon gatur magis.⁊ iõ gbuſdaꝫ ꝓſuetudo eſt comedere ſalis plu rimũ ⁊ plures peritoꝛ decreuerũt ponere ſal in pane:⁊ ſal gdem ⁊ oẽ diureticũ ⁊ inciſiuũ ⁊ abſterſiuũ ſunt diſſoluti ua ⁊ ꝓſumptiua flegmatis ⁊ aliarũ aquoſitatũ.⁊ iõ illa in trãt intẽtionẽ libꝛi.Ceterũ qui ꝑm nãm ſunt aptioꝛes ꝑm ptioꝛes ſunt icurrere paſſiones ſiliꝛes.⁊ aſtrologꝰ gdẽ in multis diſſentit medico:⁊ tñ ꝑmo eiꝰ nõ eſt vilipendẽdus.

Cordis re ſtificatio ſũme pcu randa.

Et in coꝛdis timoꝛe ⁊ ꝓfortatione in quo eſt minera vir tutũ ⁊ ſedes vite nõ eſt pua ſapiẽtia.ipm nãqꝫ ꝑn cipalius eſt oi mẽbꝛo atqꝫ nobiliꝰ:⁊ prima rectificatio ab his que extrinſecus veniunt eſt boni ⁊ puri aeris attractio cui nõ admiſceaꝫ de vapoꝛe mellicrato ⁊ elõgare a fetoꝛi bus:qꝛ coꝛruptio aeris g aſpiraꝫ eſt res peſtilẽtioꝛ oi re:cũ miſceaꝫ ſube ſpũum cũ gbus facilꝛ coꝛ affligiꝫ:⁊ res cuſto diẽtes illud ſunt res odoꝛifere fride ⁊ ca.diuulgate in arte ſicut neceſſitas facit.⁊ vſus odoꝛãdi pomũ ambꝛe.qñ ꝑſer uat ⁊ rectificat cõplonẽ coꝛruptaꝫ:⁊ rectificatio aeris g at trabiꝫ nõ eſt pue ipreſſionis.⁊ iaꝫ expertũ eſt q ꝓficiꝫ po mũ ambꝛe medicinale:cuiꝰ ſolo odoꝛatu laxaꝫ vẽter ⁊ pur gatur homo:⁊ iterũ eſt g vidiſſe ſe aſſerit oẽm fe.putridaꝫ amputari ⁊ tolli ſolo odoꝛe cuiuſdã ꝓfectionis.⁊ ſecretũ q dem nãe in via hũane cognitionis:nõ eſt finis:⁊ iuentio nibꝰ ſapientũ decretũ eſt q comedere coquinã paratã i va ſe auri:vel in cuiꝰ decoctiõe lamine ipſiꝰ fuerunt ⁊ potare vinũ in quo lamine vel monete extincte fuerint multotiẽs ipzimunt in coꝛde bonaꝫ habitudinẽ ipreſſione foꝛti.Silꝛ vt oẽs medicine theriacales,ꝑprie vt diagaꝛiofilatũ ⁊ dia mirabolani:⁊ pliris ⁊ diamargaritõ ⁊ ꝑprie ꝓfectio ida q recipit ſpẽs ⁊ emblicos poſitos in antidotario Auicẽ.⁊ ſilꝛ dimiſſio eoꝛũ que ꝓtriſtãt ⁊ ꝓfoꝛtari cuꝫ amicis ⁊ ſil'ia.hec enim faciũt reiuueneſcere vtutes ⁊ ad vltimũ expedit eſſe nõ pigrũ ad excitationẽ opõnuꝫ nãe:⁊ ipedimẽtis eoꝛum obuiare tẽpeſtiue:qñ qõ citra vel vltra curſuꝫ nãlẽ:⁊ con ſuetũ eſt facit timere iclinationẽ ad lapſuꝫ ⁊ egritudinẽ:et ois quidẽ egritudo eſt coꝛrugãs:⁊ ad ſenũ pducens.¶ Et in cuſtodia gdẽ rerũ nãliuꝫ ⁊ approximatione nõ nãlium ꝑut opꝫ ꝑm ſemitã ſapientũ ⁊ cauere ab accñtibꝰ quantuꝫ eſt pole eſt ꝑnm ⁊ finis eiꝰ qõ intẽditur.Jn ſũmo ꝛo eſt vt nõ abſcondaꝫ ab oi artificis ꝓſideratiõe canõ ille gñalis: qñ virtꝰ a defectu ⁊ ſuꝑfluitate coꝛrũpiꝫ:⁊ q abſcindatur cã cuiuſcũqꝫ faciẽs opõnis ipedimentũ oino:⁊ operari ꝑm opõnem eſt radix in cuſtodiẽda ſanitate ⁊ elongatione ab errozibꝰ frequẽter accñtibꝰ in minoratiõe viſus que eſt de accñtibus ſenectutis:eſt ꝓfoꝛtare ꝑprie virtutez cerebꝛi et aſſiduare ſemẽ feniculi.ſe.ſꝛleris mõtani.pul.eu fragie:mẽ the ⁊ pũl.ſpicis ꝑprie ⁊ pulueris gariofiloꝛ ⁊ purgatio cũ agarico cuſcute ⁊ byerapigra vel ebebuli ꝓditi:⁊ cauere a repletione:⁊ de his que oculis igrediunt̃ et ꝑprie ꝺ caligi nẽ ſeneſcentiũ et collyriũ ex melle ⁊ felle galli et collyriuꝫ ex aloe ſucco radicum feniculi ⁊ lacte mulieris ſero qñ in traꝫ dormitoziũ.¶ Et iaꝫ verificatũ eſt per experimẽtuꝫ donec venit in notitiã viris illiteratis et mulieribꝰ q vtus gñatiua debilitata:aut minorata iuuaꝫ ⁊ reſtauraꝫ donec iaꝫ ſenes faciãt opõnes iuuenis cũ re cibali:et cũ electua rys et gbuſdã alys.virtutes.n.nõ ſeneſcũt neqꝫ minoranꝫ niſi ꝑ accñs:vel niſi deteriozationẽ inſtꝛozũ in gbus virtu tes exiſtũt.Eteniꝫ declaratũ eſt in nãli ſcia q ſi ſenex bꝛet oculꝫ iuuenis vtiqꝫ videret vt iuuenis.Palã ãt ẽ q obtũ politicũ ⁊ diaphanũ ẽ aggregatiuũ viſuꝫ eiꝰ cõgregãs diſ gregatũ.ſic autẽ et alie virtutũ opationes ⁊ ſenſuuꝫ coꝛrigi pñt et rectificari ꝑ ſemitas eoꝛũ que bñt ꝑprietatẽ ſubam et vtutẽ et ſenſus in melꝰ diſponẽdo.fit aũt actus actiuo rum in ſcõi paſſi diſpõnẽ.¶ Sic aũt et auditus et aliꝫ ſen ſus et aia et ipſa gdeꝫ alligata coꝛpi cõplonẽ eius imitaꝫ:⁊ quẽadmodũ ipedimentũ pati ſic et lucrifacere põt melio ramẽtũ:Jnoꝛũ qdem eadẽ eſt diſciplina:et virtꝰ operaꝫ:et ab ipſa ꝓcedit ois opõnis ꝑnm:et cũ ꝓfortatione idiget mi neris ipſoꝝ gbus inati ſunt faciẽdi apparatꝰ.Singule aũt ipſoꝛũ ſingula bñt mẽbꝛa gbus irradianꝫ : et iã capitulate ſunt in area ſimpliciũ ptãtes rerũ que et gbus mẽbꝛis ꝓ ſunt et noceãt res ipſe:et illic regranꝫ:et tota ſcia buiꝰ tra ctatꝰ dependet a magnis capitulis i certis et diuerſis volu minibꝰ artis medicine et a bona ipreſſione imaginationis ſignata in aia cũ eſtimatiõe diſcreta.Dec eniꝫ eſt que recti ficat ſcientẽ in opõnibus in ſcia ſua.¶ Ampliꝰ autez et in ſũma oium ꝓſiderationũ eſt vt caloꝛ inatus ꝓſeruetur.ipſe enim nãlꝛ cuſtodit humoꝛes ne in eis extranee qualitates ſupueniant et facit ꝑſeruationẽ a putrefactiõe ex qua plu rimũ moꝛs ſegtur qui oium virtutũ eſt inſtꝛm et ꝓſeruatio eius eſt ꝓ regimẽ bonum.Summa aũt boni regiminis eſt abſtinẽtia.inde eſt q quecũqꝫ repletio mala eſt quocũqꝫ modicũ ꝓtingit a ſubtractione icipere.Jllis autem g bono vtuntur regimine nõ attinent vomitus neqꝫ ventris ſolu tioneqꝫ aliquid boꝛum.Nec eſt currendum ꝓ qualibet alteratione ad remediũ:niſi cũ victoꝛia egritudinis nãe i ceperit dominari.Natura eniꝫ cuius ſapiẽtie nõ eſt finis oium boꝛuꝫ artifex eſt.Medicꝰ ꝛo miniſter cum bonita te et adiutoꝛio dei benedicti.Cui ſit laus gloꝛia ⁊ bonoꝛ in ſecula ſeculoꝛum.Amen.

¶ Jam cõpletꝰ eſt ſermo canoniçatꝰ in inueſtigatiõe ſciẽ di regimẽ ꝓſeruationis iuuẽtutis ⁊ plongatiõis a ſenectu te et eiꝰ accñtibus cuꝫ textu bꝛeui.Deinceps ꝛo ſupeſt re memoꝛationẽ fieri ſingularẽ quarũdã deſcriptionibꝰ rece ptarũ:que medicine regales noiantꝰ:de gbus cõpendioſa mentio facta eſt in tractatu ſuperioꝛi.et dicit q tractatus ꝑdictus remittit lectoꝛẽ ꝓ ſingulis ad magna theoꝛice ⁊ practice capitula que in multis artis medicine volumini bus ſunt cõprehẽſa.verũ in hoc loco ponent̃ que ſunt fa miliaꝛioꝛes cõpõnis:⁊ opationis nobiliꝛes ꝑm prudẽ tiozem meditationem modernoꝝm.

**Sermo** ſuꝑ ſyrupo de vino.julep ex vino eſt vt in tribus libꝛis boni vini ponantur.ỹ.lib.ʒuc.et fiat ſyrupus ⁊ recipiaꝫ cuꝫ aqua.gerit vicẽ cibi ⁊ potꝰ:qñ in eo aggreganꝫ que ſunt amicabilioꝛa nature.

**Sermo** ſuꝑ dianthos.modus dianthos eſt q in lib. iỹ.vini ponanꝫ boni dianthos facti cuꝫ ʒuc. ʒ.iỹ.p triduũ vel in aqua vini diſtillata ſemel ꝓ ſenibꝰ.ꝑ terea diſtilleꝛ per filtrũ.⁊ gdaꝫ ponũt ad diſtillandum in alambico vel in vaſe aque roſ.⁊ ſeruãt ⁊ recipiũt:et gdam miſcẽt roſ.nouelle partẽ tertiam ad temperandũ diãthos: qñ declinat ad caliditatem ⁊ ſiccitatem.

**Sermo** ſuꝑ vſu vini ſpecificati.⁊ modus ſpẽrũ po nendarũ in vino eſt vt fiat ſacculus lineus ⁊ imitanꝫ ſpẽs nõ trite:ſed pticulatiꝫ ſciſſe:ita q ſuba ſpẽrũ ſit in ſacculo vaga ⁊ ponatur in vino:⁊ in vaſe q obturari poſſit ne ab aere coꝛrũpatur:⁊ ne virtꝰ exhalet.Jtẽ ⁊ aliud ad ꝓfortationez cõplexionis:⁊ iuuẽtutis cubebe:gariof.nu cis muſ.paſſule.aũ.ʒ.iỹ.poſite in ſacculo bulliãt i bono vi no lib.iỹ.quouſqꝫ ad lib.ỹ.redeant: ponatur de ʒuc.et ex eo mane ⁊ ſero bibatur.ʒ.j.vel plus ad minus ꝑm q expe dit vel fiat ſicut claretum.

**Sermo** ſuꝑ vino boꝛaginato.Et vinũ boꝛaginatuꝫ ſic fit q in muſto nouo ponãꝫ boꝛaginis flo res vſqꝫ ad perfectã depurationẽ.vel alꝛ.q in vino bono. diaboꝛaginatũ vel ꝓſerua diſſoluaꝫ ⁊ reſeruetur ad vſum.

**Sermo** ſup vſu pulueris ſpeciruꝫ.Et modus pulue ris cũ cibus notus eſt:vel cum ſpẽs eiuſdem

pulueris

Quelibet vtutez generatiuã.

Vinũ extinctionis auri.

Nodix to tius qõ hic intẽdim.

Cordis re ſtificatio ſũme pcu randa.

Aia coꝛpi alligata cõplonez imitaꝫ.

Sũma ꝓſideratio ẽ vt caloꝛ naturalis cã ſeruetur.

Tract.ꝰ de deſcriptionibus quarũdaꝫ receptarũ que medicine regales oñr.

Julep de vino.

Dianthos

Vinũ ſpecificatum

Vinũ boꝛaginatũ.

Pulueꝛ ſpecierum.

pulueris inciſi minutim cuꝫ ſuc.ꝛ vino modico confician tur eſt de bene diſponentib⁹:et ei⁹ vtilitas eſt ad ꝓſeruandum omnia membra p̃cipalia cuius aggregatio hec eſt. ℞.ſinſibe.albi mũdati.ʒ.ℨ.cardamomi domeſtici.ʒ.y.cinamomi.ʒ.j.croci.ʒ.ℨ.coriandri.ʒ.x.fiat puluis et addatur de ſuccha.ad placitum.

Succꝰ rosarum. **Sermo** ſuper ſucco roſ.ꝛ ſucci roſ.ſuccharati opio eſt hec q̃ in ſucco roſ.electaꝫ rub.collectaꝫ mane ante diez cuius nox ſerena p̃ceſſerit bene colati ꝛ extracti per ſtamineaꝫ lib.y.et ſuccbari lib.j.conficiantur cũ eo ſuper ignez lentum:ꝛ nõ fiat ſpiſſus:ſed quaſi currens: ꝛ de operatione eius dictum eſt ſuperius.

Vinũ crocatum oleum. **Sermo** ſup vino ꝛ oleo croceato ſicut de croco ad letitiaꝫ inducendã ponat̃ de croco bene ſicco in ſacculo ſpatioſo de pãno lini ſubtiliſſimi rari in quãtitate pauca et ſacculus ponat̃ in colatorio de ſtaminea vel panno lineo et ſuperinfundat̃ vinum vel oleum admodũ lixiuy et reiteret̃ donec placeat color et ſapor ꝛ poteſt admiſceri de ſpeciebus ad beneplacitum.

Stupha **Sermo** ſuper balneo quomodo fit ſtupha vaporoſa in tina cum decoctione berbe roziſmarini et florum eius.ꝑpzie renouabitur vt aquile iuuentus ſua.Et iterum de ſticados ꝛ ſaluia ꝛ camomilla et q̃o lauant̃ pedes ex decoctione florez camomille aperit clauſuras cere bzi:et confert:ꝛ etiaz confortat multum.

Pomuz ambze. **Sermo** ſuper pomo ambze.Pomũ cõtra epidimiaz peſtilentialẽ et corruptionẽ aeris.℞.laudãi. ʒ.j.ℨ.ſtoracis.ʒ.iy.Been albi ꝛ rubei.aã.ʒ.j.myrrbe:folioꝝ myrtbi:gariof.aã.ʒ.j.ℨ.ſandali.ʒ.y.cãphoze.ʒ.iy.ligni aloes:calami aromatici:valeriane.aã.ʒ.j.muſci ambze.aã. ℨ.j.confice cum ſucco melliſſe bugloſſe et aqua roſ.

Sex caprinum. **Sermo** ſuper opilone ſplenis ꝛ epatis ꝛ bydropiſis calide in ſero caprino colato coquantur endi. ſcolopen.ꝛ parũ de ſpica.et iterum cola et afferatur.

Mistura restaurãs. **Sermo** ſuper reſtauratione conſumptoꝝ miſtura diadragagãti.ʒ.y.diapenidion.ʒ.j.roſate nouelle.ʒ.j. diarodon.ʒ.j. ſuccha. roſ.ʒ.j. ſuccha. violati.ʒ.y. ter in die recipiatur.

Mũdificans ſanguinem. **Sermo** ſuper mundificatiõe ſanguinis ꝛ ſcabiei.℞. ſuc.fumi terre:ſucci plantaginis depuratoꝝ. aã.lib.ℨ.ſuccbari lib.j.caſſiet.et tamarindoꝝ aã.ʒ.j.ꝛ eſt bonum et ſolutiuum.

Trifera. **Sermo** ſuper trifera que ꝑdeſt melãcholicis et maniacis vſui ictericis corrugaꝫ exiccatis cholerv.vel nigre bipocũdrioſ.calori extremitatuꝫ ꝛ citrinitati oculorũ in caneſcẽtib⁹ꝛ ſtomaticis ꝛ cardiacis.℞.mirabolanorũ citrinoꝝ.ʒ.vj.chebulorũ.ʒ.iy.indoꝝ.ʒ.j.et.ℨ.emblicoꝝ et bellericorũ.aã.ʒ.vj.maſti.ʒ.j.aniſi ſeminis feniculi.aã.ʒ.j.ſpice gario.aloe.aã.ʒ.ℨ.mellis caſſiet.ʒ.iy.ſuccbari qũ ſufficit et fiat trifera.

Vinũ artificiatum. **Sermo** ſuper vino artificiato ꝓtra humozes aduſtos ꝛ ꝑ cholericis ꝛ maniacis adducẽte letitiam. ℞.radicis bugloſſe munda.lib.j.roſ.rub.floꝝ violaruꝫ. boraginis ꝛ bugloſſe.aã.lib.ℨ.been albi ꝛ rubei.aã.ʒ.j.conquaſſent̃ ꝛ ponant̃ in ſacculo et ſacculũ in vaſe cõtinente tres ſarcinas boni vini nouiter expreſſi albioris ꝛ puriozis qũ inueniri põt:ꝛ q̃ medietas ipſius cũ dictis ſpẽbus bulliat:ꝛ alia medietas per ſe et bene diſpumet̃:et tũc coletur illud vbi res fuerint:et de alio ipleat̃ donec receſſerit feruor:et bene clarificatum fuerit ꝛ aſſiduetur.

Bierapl. de.xvi rebus. **Sermo** ſuper bierapigra.ptãtes ſunt note et ei⁹ etbimologia narrat bonitatẽ ei⁹.verũ biera.Bal. cõpoſita de ſex reb⁹ eſt multũ pigra vtplurimũ:niſi ſit ei⁹ quãtitas magna remanet in viſceribus pigritate ſua ꝛ movet:et nõ euacuat maxime qñ recipit̃ quãtitas pauca:ꝛ ℔ nõ eſt rectũ.Sed illius que ſit de.xvj.reb⁹ ſufficit.ʒ.j.vi.y. ℨm modũ ſapientũ et virtus eius attingit ptes remotas et exonerat eas et deducit feces copioſe:ꝛ in ea cõprehendũtur que exigũtur in oi medicina ſublimi:ſolutio videlicet et membroꝝ p̃cipaliuꝫ confortatio:et eius deſcriptio eſt bec. ℞.cinamomi/ſpice/ſquinanti/ xilocaſſie/xilobal. carpobal.abſinthy/viol.epithimi roſ.turbit/agarici/collognitide:maſticis.aã. ℨ.y.aloe ad pondus omniuꝫ:mellis diſpumati et colati quantum ſufficit.

Esuꝫ vite. **Sermo** ſup electuario vite de mirabolanis.℞.vuarũ paſſarũ mundatarũ lib.y.liquiri.mũde.et contuſe.ʒ.j.ponant̃ in.y.lib.et.ℨ.aq̃ ꝛ coquant̃ bñ et poſtea colent̃ ꝛ exprimant̃:et in illa colatura ponant̃ mirabolanorũ ex oſſibus enucleatoꝝ:et in mortario pcuſſoꝝ.ſ.chebulorũ citrinorũ indorũ.aã.ʒ.y.ẽblicorũ ꝛ bellericorũ.aã. ʒ.y.coquant̃ ꝛ exprimant̃ et colant̃ et poſt addat̃ ſuccbari albiſſimi lib.j.et coquat̃ ad decoctionez ſyrupi tunc addat̃ cinamomi electi.ʒ.ℨ.gariof.galange.aã.ʒ.y.nuces muſcatas duas groſſas:feniculi aniſi.aã.ʒ.j.ꝛ plus ꝛ reponat̃ electuariũ in pixide ligni.Hoc dẽ electuariuꝫ vite ſtomachuꝫ roborat et aptat et ſupfluitates humoꝝ ex nutrimẽto ꝓterito remanẽtes reprimẽdo purgat et vſus eius facit coloratos boies et canicies per illõ retardat̃.ꝛ totius libri pollificatio pendet in hoc capitulo ſolo.

Aloe rosatum. **Sermo** ſup aloe roſato:terat̃ aloe bonũ.et cuꝫ eo de folys roſ.ru.viridiũ quantũ ſufficit ad faciẽdũ magdaleones:et ſeruet̃ et qñ opꝫ cõficiat̃ ex eo pillula cũ oximelle:et recipiat̃ ex eo pillula frequẽter.q̃ nõ eſt ei par in ꝓferendo capiti morbis oculorũ et articulorum in⁹. Et acceptio ei⁹ eſt idifferens et iperceptibilis eſt operatio eius educẽs quẽcũq̃ trium humoꝝ nõ põt nocumẽtũ facere et ipſi⁹ aſſiduatio nõ permittit egritudinẽ in corpore ſanabili nutu dei.Et ex eo ptes q̃q̃z myrrbe:ptes.y.maſticis parte.ℨ.de croco ſicco:modicũ cum ſucco boraginis reſoluti fiant pillule myrtbine in quarũ frequẽti vſu acgritur ꝓceſſus adoleſcentie ꝛ regimen ſanitatis.

Vinũ granatorum. **Sermo** ſuper vſu vini granatoꝝ exprimat̃ ſuccus de granis granatoꝝ non vicinantib⁹ corruptioni cuꝫ panno ꝛ miſce de bono vino ad medietatẽ vel plus aut min⁹ ℨm q̃ diſpõ recipientis exigit mane vel meridie cuius natura verſus latus caliditatis vel calori attinentis:quoniaꝫ eſt bonum:vel miſce cum alys ſaporibus: ꝛ eligatur cuius ſapor eſt muçus.

Caſſia ſi. **Sermo** ſuper acceptiõe caſſiet.modus accipiendi et opatio eius noti ſunt.illud aũt de nocumento habet q̃ nauſeã facit ꝛ neruos relaxat:ita q̃ debilẽ ſtomachuꝫ facit ꝛ viſcera.vnde grana berberis vel ſuc.roſ.cum ea rectificant illud:et qñ bierapi.miſcet̃ in medulla ei⁹ vel ſubſequit̃ meliorat̃ opatio vtriuſq̃z in via ſua:ꝛ eſt bonuꝫ lenitiuũ.Et ipſa qdem corrigit ſerofitatẽ biere:quã ꝺbit a ſpecieb⁹ eius et biera rectificat labefactionẽ eius:et melior acceptionis modus eſt comeſta per boram ante cibuꝫ vel ſubſtantioſa cũ diſſoluta:quoniaꝫ ſubductionẽ quam facit operatur cum viſcoſitate:et adherentia ſua dicit̃ materia cui obuiat veruꝫ:et dum recipit̃ ante cibum trabit̃ de virtute eius ad remotas partes cũ virtute cibi.Poteſtas aũt eius eſt ſcripta plenius in areolis ſimplicium:et illic regratur.ſimiliter et de alys.

Agaric⁹ **Sermo** ſuper agarico.eligat̃ albior et leuior:et ponatur quãtitas ei⁹ nota in oximelle cum modico de ſyrupo viol.et cuꝫ per noctẽ ſteterint ſimul in mane coletur et colatura bibat̃:et ipm qdez agaricũ in ſe.diuturnis et mũdificatione ſenſuũ facit mirabilia.ſuba autẽ eius nullo modo recipiat̃ nec reubar.nec turbitb nec alicuius laxatiui attingẽtis ad ſpeciem ligni vel ad diſpoſitionem

duritiei:qm̃ adherẽt ⁊ faciũt timere accidẽtia nisi forte cũ rebus lubrificationẽ facientib⁹ ⁊ multiplicatio quãtitatis laxatiuoꝝ facit virtutẽ eorum.⁊ in summa in omni acceptiõe laxatiui reiteratio vicissitudinis est securior q̃ exercẽscentia quãtitatis nisi necessitas ad illud nos cogat:tũc ad vltimum eius defectum ducendum.

Passule

**Sermo** super passulis.⁊ melior res que fit de eis est syrup⁹ ꝑm descriptionẽ quam rabi Moyses ponit in libro suo.⁊ ipse quidez ⁊ proprie dulce omne ⁊ calidum est copiosi ⁊ boni nutrimenti:⁊ facit ex decoctione earum in aceto ⁊ vino.

Cib⁹ ⁊ potus.

**Sermo** de cibo ⁊ potu:⁊ iaz dictum est q̃ que gignant bonũ ⁊ purum ⁊ viscosum san.sunt cã p̃ fluationis vite:alia aũt ad aliud.De harũ autẽ rerũ ptãtib⁹ plures sunt libri:⁊ iam noti sunt.Inquit.miror hominẽ panẽ de bono frumẽto ⁊ carnes de bonis animalib⁹ comedentem:⁊ vinum de bona vite bibentez quantuz ⁊ qũo ⁊ sicut oportet qũo infirmari ⁊ mori potest.⁊ ego faciã tm̃ sermonem de his circa libri conclusionem.

Clystere

**Sermo** super clystere.ipm enim est medicamẽ nobile benedictũ ⁊ secure opationis ⁊ iuuamenti festini ꝑprie ad ptes inferiores:⁊ opatio creationis eius offert se vsq̃ ad circuitũ:ita vt capitis occasio ei⁹ eductiõe a nocumẽtis multis alleuiaẽ:⁊ ipm regulaẽ ꝑm eorũ proprietatẽ que emergunt in illud:qm̃ ipsa sunt cãe opatiõis illius: verũtamen ipm ẽt simplex in via regiminis sanitatis est adiutoriũ bonũ:qm̃ adducit feces secuz ⁊ mũdat viscera:⁊ cũ hoc a partib⁹ superioꝝ⁹ aliquid attrahit ex quo exonerant:⁊ excitat nãm pigritantẽ in deponẽdo supfluitates ocio vel alicui⁹ alterius occasione desiccatas:⁊ phibet fumositates fecuz in torcularitatib⁹ cõtentas et in vys viscerũ occultaꝝ ⁊ deponit viscositates ⁊ humiditates derelictas a mẽbris et adherẽtes eis ⁊ remediaẽ opilonibus epatis ⁊ splenis:⁊ ꝑficit vsus eius ꝑpter iuuamẽta ꝑseruationis a senectute:qm̃ plurimũ qõ ipsi⁹ magisterio educiẽ est flegma ⁊ ipm qdẽ excusat a multis adminiculationib⁹ alys artis iterioꝝ⁹.⁊ qui vsus fuit semel i septimana tpe dierũ suoꝝ et ꝓcessit in bona ꝓualescẽtia:⁊ furatus est ꝑp hoc senectutẽ annos plures et deduct⁹ ad decrepitaz nihil vel modicũ in aliquo suoꝝ sensuũ deteriorat⁹.ipsum nãq̃ est ingeniũ per qõ aduenit vtilitas ⁊ securitas mẽbroꝝ interioꝝ:⁊ eius ꝓstitutio regit sapientẽ:⁊ in ꝓstõne simplicis sufficit succus sicle mel rosa.et de sale ⁊ oleo:⁊ ex alys sicut opz:⁊ in ꝓncipio scabiei ante humores ad cutim trahuntur ⁊ venter incipit retineri:⁊ fiẽ in exonerãdo vẽtrẽ ⁊ i difficultate partus nõ est res aliq̃ in bonitate sibi silis.

Reubarbarum.

**Legi** in gbusdã secretis:qõ rõnis cãm tm̃ habere videtur:q̃ masticare i ieiunio reubarbaꝝ cũ mastice clarificat faciẽ:gnq̃z sensus:corroborat aiam odore.⁊ membra ꝓncipalia:⁊ corpus totũ ꝓfortat cerebri clausuras aperit:⁊ expellit vẽtositates ⁊ estimo q̃ mistio ẽuc.esset bona.

De scabie

**Sermo** sup scabiez:narratũ est superi⁹ q̃ scabies ponit hoiem in figurã veterascẽtis.⁊ ipsa qdem tristitiã et pigritiã possidere facit.pellẽ corrugat:⁊ est habitus molestus atq̃z malign⁹:⁊ occupat habentẽ eaz ad fricationis delectationẽ cũ exitu doloroso.et ipsa qdẽ gnatiõis radicẽ hz ab humorib⁹ acutis calidis:aut flegmaticis salsis:vel a sanguine incolerato vel adusto:et est de genere infirmitatũ que sunt longe pseuerationis:⁊ expellẽs eam ad cutim est ꝓncipaliũ membroꝝ totius nãe expulsio fortis: cuius mã pororũ opilone vel prauitate mũdificatiõis vel expulsiue debilitatis in poris sub cute retinet:⁊ ꝑprie ꝑp debilitatẽ tertie digõnis:⁊ inde iuuaẽ leuiter p ea que exterius ꝓsequunt sicut p balnea ⁊ vnctiones:verũ q̃q̃z multitudo mãe est in cã et repletio:⁊ euacuatio ipsi⁹ est principiũ intẽtionis cũ reb⁹ ꝑpr̃is ad hoc.et alienatio fiẽ eorum que addũt in ipsaz sicut dulcia salita:et acuta calida ⁊ proprie vinũ purum. ¶ Verũ in hõ et cuiuslibet egritudinis cura opz scire cãm facientẽ illaz et res ꝑprias illi applicãdas. Nã nõ quecũq̃z euacuationis ⁊ applicationis approximatio est amputatio rei nociue:⁊ cõtingit interdũ in aliqua egritudinũ vt euacuenẽ de medico ꝓsilio peritoruz vsq̃z fere ad exquisitũ:⁊ nõ iuuaẽ:et est q̃ mouet sella vna vel trib⁹ et recipit liberationẽ et hoc frequẽtius fit in anima sciẽte et illuminata a deo bñdicto:et nõ est mai⁹ periculũ q̃ incidere in man⁹ medici infortunati vel laudati:⁊ nõ approbati:plures qdez latent sub modio:qui si eẽnt super candelabro sibi ⁊ alys plus lucerẽt:et oia hec cãm habent. ¶ Dicaẽ ergo ꝑm artis directionẽ q̃ illa ad que ꝑprie in hõ dispõne recurriẽ est clystere ⁊ solutio frequẽs et pauca cũ virtute mirabol:⁊ ꝑprie citrinoꝝ et indoꝝ:et succo fumiterre ⁊ borazi.deputatoꝝ cum ablutione mellis cassie ⁊ tamarindoꝝ ⁊ similium horum ⁊ balneum ex aqua decoctionis maluarum ⁊ foliorum sambuci et lapacis et fumiterre:⁊ alioꝝ hõ et inunctionib⁹ illoꝝ que cutim ꝓfortant ⁊ abstergũt.⁊ deniq̃z tota occupatio nutritionis fit in humectantib⁹ ⁊ declinantibus versus frigiditatem.

Aq̃ auri

